

CLAVDII PTOLEMAEI

PHELYDIENSIS ALEXANDRINI

ALMAGESTVM SEV MAGNAE CONSTRUCTIONIS

MATHEMATICAE OPVS PLANE DIVINVM

LATINA DONATVM LINGVA

AB GEORGIO TRAPEZVNTIO VSQVEQVAQ.

DOCTISSIMO.

PER LVCAM GAVRICVM NEAPOLIT. DIVINAE

MATHESEOS PROFESSOREM EGREGIVM

IN ALMA VRBE VENETA ORBIS REGINA

RECOGNITVM

ANNO SALVTIS M D XXVIII LABENTE

3 [1528]



Nequispiam alius Calcographus/Venetiis aut usquã locorum
Venetæ ditionis impune Almagestum hunc imprimat per Dec
cennium/Senatus Veneti Decreto cautum est. 15

RARE BOOK

QB

41

.P79

1528

U. S. C. & G. SURVEY
LIBRARY
AND
ARCHIVES
No. 6963
Shelf 520
Case P97

National Oceanic and Atmospheric Administration

ERRATA NOTICE

One or more conditions of the original document may affect the quality of the image, such as:

Discolored pages
Faded or light ink
Binding intrudes into the text

LASON
Imaging Contractor
12200 Kiln Court
Beltsville, MD 20704-1387
August 1, 2007

ANNO (A Christi Redēptoris Die Natali) 119. labente Adrianus Traiani successor Ro/
manorū Cæsar Augustiss. Græce & latine doctus atq; musicorum ætatis suæ clarissimus
annua propemodum intercapedine ac lustris quatuor peractis orbis imperio potitus fœ
licissime regnavit, Cui mox successit Antoninus Anno Virginei partus. 140. fluente.
¶ Florentissimis profecto illis tēporibus floruit Claudius noster Ptolemæus Pheludicis Mathe/
maticorum oium quot fuere/quot sunt/& quot posthac aliis erunt in annis facile princeps/Apud
Alexandream uero Aegypti ciuitatē ab Alexandro magno cōditam interea Almagestū magnæ scili
cet constructionis Mathematicæ opus sane diuinū/& uti reor/Geographiam edidit/ Qui (dum. 78.
ageret etatis Annū) Salutigeræ incarnationis anno. 147. Diem suū clausit nouissimū. Nunquā uero
Apotelesmatū quatuor libellos/centumq; Aphorismos quoq; conscripserit/Fueritq; unus ex Aegy
ptiorū Regibus/affirmare non ausim. ¶ Georgius Trapezūtius magnū hunc Astronomum Ferdi/
nando Regi Aragonū Serenissimo dicatum e Græca in latinā translulit linguā/ Quem Laurentius
Bartolinus Abbas & Apostolicæ sedis Prothonot. benemeritus Florētia urbis ac bonarum artiū alū
nus/e Vaticano exēplari propriis sumptibus trāscribendū curauit. Quatenus tā eminētissimi huius
Authoris uigiliæ ac labores ad hāc usq; etatē squalescentes ac situ pœne obruti/disciplinarum flu/
diosis promulgarentur. ¶ Nos autē Anno Christianæ lyturgiæ. 1527. ad florētissimā Vibem Vene/
tam orbis & urbium Reginā Tutissimum plane omnibus perfugium (auspicato sidere) seceden/
tes/ Aliunde cœli inclementiam/ utpote urbis excidium/ depopulationes/ Bella horrida/ famem &
epydiam/ quæ uniuersam prorsus Italiam inuasērūt (quom multo ante Cauricana pūderit Vra
nie) celeriter effugiētes/ Ne tempus frustra cōtereretur. Difficillimū almæ huius Mathematicæ cō/
positionis uolumen diligēti examine castigauimus. Immo in totius ferme operis margine passim
pleraq; adiecimus Schēmata/ Paraphrases/ Annotamēta/ & Glosulas (In qbus p̄cipue locis) s̄ra sub
obscurior aliquātulum uidebatur. Si qñ aut aut numerorū series delirabat/ aut erroris quidpiam cō
tigerat/ Necessū erat mihi cōferre Latina cum Barbaris/ Græca aut cū latinis cura studio atq; soler/
tia Clarissimi uiri Caroli Capellii Patrici Veneti utraq; līgua doctissimi/ Et Mathematices apprime
studiosi/ præditiq; ut ingenio admirabili ita & iudicio excellenti. Sed poetica præfertim atq; orato
ria facultate celeberrimi. Interdum etiam/ quom nonnūq; (ob publicas occupationes) opera huius
præsto mihi esse non posset/ Vfus sum doctissimo uiro Nicolao Petro Corcireo/ Latinis Græcisq;
litteris eruditissimo. ¶ Verum hæc nostras lucubrationes Tibi Dominice Palauicinorum ueluti
fidus fulgentissimum libenti quidem animo sacrauimus. Tu enim adolescens clarissime non mo
do eximia corporis præstantia/ ac (Digna quidē imperio) Diuina quadam Maiestate refulges. Sed
(ut opes affluentissimas taceam) Geographica/ Orphica/ Poetica/ Oratoriaq; disciplina præclarus/
Mœcenatem illū Tuscum imitatus Assidue Munificus/ Magnanimus/ atq; animo Cæsareus singu
los quosq; ingenii qua uis dote refertos/ benigne admodum suscipere/ uenerari ac fouere consueui
sti/ Quinetiam amplissimis quotidie largitionibus prosequi exaggerareq; non dubitasti. Vnus igitur
inter cœteros (quos noram) Italiæ principes/ Noster Dominicus Gauricorū dominus atq; pa/
tronus omni prorsus laudum præconio dignissimus

Iure quidem tanto censetur munere dignus/
Inclita res tanto Principe digna meo/
Egregium cuius nomen celebrabitur orbe/
Dum radios tribuet Sol tibi luna suos/
Dum collustrabunt Epicyclos Iuppiter/Hermes/
Falcitenens/Mauors/Cynthia/pulchra Venus/

τελοσ

Fœlix cui constant bona corporis/ & bona mentis/
Nec sunt fortunæ munera parca Dea/
His fulget noster Mœcenas dotibus/ Ergo
Fœlix/ Nestoreos dent modo fata dies/

Π Τ Ο Λ Ε Μ Α Ι Ο Σ .

Οἶδ' ὅτι θνητὸς ἔφω, καὶ ἐφάμερος. ἀλλ' ὅτ' ἀν' ἄστρων
ἰκνυθῶ κατὰ νοῦν ἀμφοφόρους ἔλικασ'
οὐκέτ' ἐπιφάω γαίης ποσίν. ἀλλὰ παρ' αὐτῶ
ζηνὶ Διοδοφέος πύμωλαμαι ἀμβροσίης.

Francisci Capellii Caroli filii

Noui Me (ut Morerer) natum / Quem labilis æquet
Vna Dies / Sed cum fidera mente sequor /
Non iam Attingo solum pedibus / Sed propter olympi
Regem / Diuina Compleor Ambrosia /

Herculis Girlandi Mantuani

Sum Mortalis / Certa Diem nec Vita per unum /
Aft ubi Mens alti fertur in Astra poli /
Haud Terram Attingo pedibus / Sed cum Ioue summo
Diuina fœlix expleor Ambrosia /

L. Gaurici Neapolit.

Me scio Mortalem / Mediam nec Vita per horam
Certa satis / Sed Mox Vertice tango polos /
Quom iam Sydereos Contemplor Mente Rotatus /
Et fœlix Diuum perfruor Ambrosia /

PROHAEMIUM
 AD SANCTISSIMUM DOMINUM SIXTUM PON. MAX.
 ANDREAE TRAPEZUNTII GEORGII FILII IN
 PATERNAM ALMAGESTI PTOLEMAEI
 TRADUCTIONEM PREFATIO.



EVOLVENTI MIHI NVPER LIBROS Patris mei Georgii Trapezuntii uiri optimi & omni doctrinarum genere insignis/Beatissime pater/obtulit se magna illa Ptolemæi compositio: Quâ alma/gestum uocant ab eo in latinum e Græco conuersa. Sed inimici factione atq; odio ex inuidia conflato nondum emissa: quâ (ut attigi) statim percussit animum acerbus ille & pene sopitus ac euulsus dolor uetustate. Qui omnem mihi ueterem calamitatem atq; miseriarum acerbitatem cumulumq; renouauit. Nam felicissimum illud trapezuntii ingenium uitaq; omnis Sanctissime acta laboresq; sui & studia pro comuni eruditione sponte suscepta/quo tempore fructu aliquo recreari debebant/in eo perditissimæ animorum declarationes/ac in iuriarum moles/ab his/ quos summis beneficiis deuinxerat/extiterunt. Nô enim eos reliquis in artibus peruagata iam trapezuntii fama/eruditorum consensu celebrata adeo sollicitabat. Sed Ptolemæi operis omnium difficillimi eisq; minime cogniti splendore plurimum agitabat. Cum trapezuntiana industria in gloriam nominis sempiternam/latinis hominibus Tum primum refulgeret: Atq; cum ipsi & literarum ubertate & ingenii acumine doctis illa ætate uiris præstare se arbitrarètur: ea uero conuersione ab uno Trapezuntio se facile supereri uiderent: omne eorum studium factionemq; omnem ad acerbissimas in eum uexationes cõportarunt. Ita partim sui ipsi potètia Partim Mercendariorum conductu/non libros Trapezuntianos obruere modo cupierunt. Sed communem quoq; illum innocèntissimi hominis spiritum de hominum genere optime meritum per sumum scelus omnibus p̄sidiis interclusis eripere tentauerunt. Quorum compresso odio ex inuidia collecto iam erumpente nisi in articulo tēporis concidere Maluissimus/a ceruicibus nostris furorem illum Scythicum omni ratione depellere oportuit. Has inuidias a tempestates per potentes inimicos concitatas. Diuus ille Alfonso/Regum omnium (quos p̄sens omnium memoria longius repetere potest) Præstantissimus/cum accepisset Statim Trapezuntium per literas ad se/Neapolim comune doctorum refugium Portumq; tutissimum accersiuit/Et desponsa in annos singulos non mediocri pecunia/comiter benignaq; suscepit. Tot igitur tantisq; calamitatibus & familiarum cura oppressus dilaceratusq; Trapezuntius/Traductionem ipsam plurimis annis elaboratam compressit. Cuius editio ab eo eximebatur/ut remissa aliquando uel secessu inuidia/uel humanitate sopita/uel uetustate consumpta sua tandem cum Animi tranquillitate & fortunarum reintegratione nostris hominibus diuulgaretur sed decurtata/potentis inimici factione uita/Morte Antea preuentus est q̄ inscribere quæq; posset. Quo mortuo uaria ipse rei familiaris cura distractus nô adhibere in libri dicationem omnium potui. Sed cū iam omnis ea sollicitudo studiumq; huiusmodi deferuissè uideatur: Conuerti me tandem ad literas longo interuallo reuocatas: Atq; quotidiano conuicio hominum qui a me hoc Munus non postulabant/Sed efflagitabant/non sum passus debere diutius Quin iam iâ attractandū eis retinendumq; dimitterem: Cum sepe igitur diuq; ipse mecum cogitarem Cui potissimum id laboris dedicarem unus Tu ex omnibus p̄cipibus/Quos nostra ætas Alit dignissimus occurristi/Cui paternas uigilias Merito desponderem/Digna enim mihi uisa res est & summo certe digna Pontifice: Vt

PROHAEMIUM

hæc Cœlestium corporū inferiora turbantium Diuina Ptolemæi demonstratio tibi
 inscriberetur: Qui humanarum rerum omnium pariter & diuinarum Pontificatū
 inieris/ Tuæ uirtutes tum singulari s̄q; religio ac pietas tanta/ Quanta dei optimi Ma
 ximi Vicarium decet/ eam tibi dignitatem Iam pridem promittebas: ad quam Cœ/
 lestium contemplationum uidetur dedicanda esse doctrina. Q̄d si uel totius Philo
 sophiæ/ uel actionis uirtutis/ uel præclarissimarum tuarum laudum gloria mihi nunc
 non explicanda/ Sed recēdenda esset/ omnibus liqueret profecto/ naturam ipsam Te
 unum ex oibus delegisse: In quo ornando omnes suas uires dotesq; suas oēs effun/
 deret. Ea enim in te bonitas est/ is fidei cultus/ ea iustitia/ id religionis studium/ ea de
 niq; sanctimonia ut cum nullus Tibi non anteferri sed ne comparari quidem pos/
 sit. Video te in horum temporum fœlicitatem diuinitus Pontificem Maximum es
 se declaratum qui tua singulari uirtute propeq; diuina/ Solus effecisti/ ut dum omni
 um honorum genera sperneres: omnium tamen dignitatum culmen pro summis
 tuis uirtutibus adipisceris ut non ad summam Imperii maiestatem Ambitionum
 studio/ Sed cunctis Apostolici Senatus suffragiis: omnium Præterea Centium atq;
 populorum consensu & desiderio uocaueris/ quo quidem tuo facto/ Cœteris ad uerā
 uirtutis laudem aspirantibus diuinum imitandi tui exemplum præscripsisti: atq; ad
 dignitates sectandas easdemq; pure Casteq; Adipiscendas uiam formamq; contuli
 sti/ At cum singulare illud tuum ingenium ad Veritatis studiū contulisses/ omneq;
 tuæ uirtutis tempus ad rerum diuinarum rationes exquirēdas transmisisse/ breui adeo
 tempore omnem Philosophiæ ac Theologiæ cognitionem absolutissime atq; lo
 cuplentissime hausisti/ ut neq; nostra neq; maiorum nostrorum ætate aut ingeni ac
 cumine & celeritate aut disputatione & memoria/ aut subtilissimarum rerum & pœ
 ne incomprehensibilium perceptione/ quicq; tibi proxime accesserit/ quibus artibus
 & disciplina apud omnes ita fama floruit/ Ut cum nihil iam tibi ad decus/ Nihil ad
 laudem operis superesset/ quo illustrior & acceptior per omnes populos uolitares:
 Vitam tamen integerrimam adiunxisti/ publicam utilitatem priuato usu prætulisti.
 Quæ omnia & si clarissima in te uno fuerunt q̄ in singulis singula/ Multo tamen
 fateor tua uirtutis institutione fuisse clariora Atq; illa magis ad uirtute augeri: q̄ tu
 ab illis auctus inueniaris: Iam uero si benignitatem/ Clemētiam/ Liberalitatē/ Inno
 cētiam/ Magnificētiam attingere licebit: quis te ullo laudis genere præstantior/ aut splen
 didior inuenietur: quo uno literarū lacrarior & uirtutū officina nō solū Romana ec
 clesia plicate tranquilleq; regitur. Sed ipsa quoq; Vrbs tuis aspiciis & meritis aucta
 & illustrata pristinam dignitatem sibi restitutam lætatur. Quis enim non iuræ læta
 bitur Tantā in te Animi Magnitudinem: Tantos erga Deorum Immortalium tem
 pla/ ac in Vrbs elegantiam pecuniarum acruos esse profusos. Cum hæc tua editi
 cia Studio singulari/ Splendore admirabili/ Multitudine infinita/ Tam celeriter &
 expleueris & inornaueris: qui plura breui Tempore Magnificentius effeceris/ q̄ cœ
 teri memoria nostra Pontifices in tam rerum diuturnitate affecerint. Testis est Diui
 Petri Aduincula in ueteri curia Templum parietibus & Sarcō tecto in admirabilem
 Iocunditatem sumptuoso opere exedificatum: Testis ipsa duodecim Apostolo
 rum Ecclesia diruta antea. Nunc tua ope ad amplitudinem Mœcenatisq; operis
 Splendorem reuocata. Testis Terræ Cœliq; moderatoris diui Petri Basilica Quæ
 tuo ductu & Impensa auro irradiatur. Et elegantiore Ornatu illustrata circumspeci
 tur. Testis Diui Stephani & Vitalis/ reliquorumq; deorum ædes & delubra/ Vrbs eti
 am solitudine obloleta/ Tua unius opera & impensa Locata/ Collocupletata &
 Ornatiore q̄ erant in hominum oculis collocata/ Testis sacrarium illud Matris Dei
 ad portam flamineam/ nouo opere fornicibus Marmoratis instructum. Cuius adi
 tus diuini numinis religionem: immo Religionem ipsam presertim. Pontem ue
 ro illum tuum fœlicibus auspiciis excitatis ab aqua fundamentis: Murrum Tiberi/
 no impostum: adeo Tiburtino lapide præstantem/ ut tanta mole nihil Antiquita
 ti remittatur: Cum non Ianiculum modo ipsum: uerum Vrbs tota & artificio &
 impensa & utilitate illustretur. Quis satis digne efferre poterit: præsertim eum
 Valentianum Pontem Ianiculum & Vrbs insulam continetent tantopere ante

PROHAEMIUM

cellat? valitudinariam uero illam sancti spiritus/hospitalemq; egrotorum sedem cottili latere ad Tyberis ripam tam elegantissime atq; lautissime ædificatam: qua nihil ad usum melius/ad speciem pulchrius: ad gloriam diuturnius desideratur: Quantam tui animi amplitudinem/Misericordiam/Caritatēq; denotat? Sed quid ego aut uiarum descriptionem/aut arearum laxitudinem/aut edificiorū & temploꝝ totius urbis splendorem iam suæ uetustatis amplitudinem ac suauitatem agnoscentis pluribus exequar? aut singula memorem? cum ipsius ciuitatis urbs tota/tantum eiusmodi in rebꝯ profusionem ac studium tuum in primis adeo circumferat/ut deformata antea nunc per te luculentissime exornata/non lætari modo de tuo pontificatu/Sed gestire prope omnibus uideatur:& quo diuturnius id ei in hac summa tranquillitate pacis & otii per te sit/diis præsidibus ac omnium rectori & moderatori deo piētissime cōprecatur/Ad hanc igitur tui gloriam recognoscendam & litterarum monumentis immortalitati cōmendādā/ omnes qui grati esse uolent/quicquid studii ab eis impendi poterit/Nauare operam pro uiribus debēt/ne officio in te suo/ & quidem cum uitio defuisse uideatur/qui si cui uel facultas defuerit/uel tempora denegauerint/uel domestica cura retardauerit/uel ratio alia traduxerit/nihilo tamē minus uoluntate & mente quæ bono cuiq; præsto est: referre tibi pro benemeritis gratias debet/Ego uero ne in quo cæteros commoneo accuser ipse:& ne longiꝯ me uagetur oratio/ad officium tandem reuertar meum: ¶ Alexandriam pater beatissime Ptolemæi nostri urbem:totius prouinciæ ægypti opulentissimam sedem maxime claruisse ferunt:Quæ tamen si rerum omnium iocunditate & uertate abundaret: conditorisq; sui nobilitate urbes omnes anteiret/liberalium tamen artium studio & doctrina deflorescentes:in grætia adeo floruit/ut uel in medicina is doctior haberetur qui Alexandriæ operam se dedisse fateretur/Multos tulit ea Ciuitas doctissimos homines gloriæ celebritate a scriptoribus exornatos: Aristarchū/grammaticū: Herodianum:Dydimum:Amenium:Stoicum:Antipatrum:Diogenem: Archelaū: Diodorum: morum etiam grauitate ac uita Antenodorum Cæsaris præceptorem:& alterum quem Cordylon appellant:qui cum Catone & uixit diutissime & apud eū placidissime functus est uita,Nestorem item achademicum Marcelli Octauiq; Pedagogum/Cum plures præterea alios in omni doctrinarum genere perfacidos:& eruditos/sed bona omnium uenia dixerim/eduxit(Antonino imperante) hunc Ptolemæum Regia stirpæ Oriundum/ omnium sane philosophorum quos illa aluit & literis & ingenio & uirtute facile principem.Qui cum in Cleopatram Ptolemæorum regnum sub octauiano redacta in prouinciam ægypto desisset: priuatus ipse/ regio tamen animo & ingenio non ad fordida artificia/non ad uitam desidiosam / nō ad secessum in solitudinem se addixit/uerum in illo tunc celeberrimo Alexandriæ urbis gymnasio haud obscuris facultatibꝯ:totum se ad litteras contulit/atq; in primis in philosophia præclara humanæ societatis parente/Auctore illo suo naturæ interprete Aristotele contenta/deinde in mathematicis disciplinis (quibus uagantia Cœlo sidera cognoscuntur)& quibus succurrēdum uidebat: plurimum insudauit eratēq; omnem contriuit/nam quom ipso ueri inuestigandi amore raperetur/uideretq; cælestia corpora in hoc corporato & aspectabili mundo/agitatione continua:& dispari fluitante nunquā uariari supra illa complexus est: quæ ratis ordinibus/immutabilisq; constantia/& certitudine demonstrationis rectissime cognoscuntur/atq; perfectissime sciuntur: ubi perpetuorum corporum interualla/magnitudines: conuersiones/anfractus uarii multiplicesq; naturæ: perinde animo & ratione cernuntur: atq; illa quæ oculis subiecta perspiciuntur/ut uiuere in terris homines:& cum diis ipsis in tanto diuino Cœli ornatu uersari uideantur/quarum cælestium rerum Motuumq; scientiam prisca illi exquisito ingenio uiri agitatione certa Et ueritate commoti:& primā omnium quesuerūt & omnium ultimā inuenerūt/Expleuit uero & penitus absoluit Ptolemæus unus omnium doctissimꝯ & ingenii subtilitate usq; eo acerrimus/ut in aistorum speculationem e naturæ sinu/naturam ipsam

PROHAEMIUM

exorserit/ prouocauerit/ incertamenq; deduxerit: is enim solis lunæq; Magnitudinē uolutiones/ Proportiones/ incrementa detrimentaq; satis a maioribus comode tradita extitissent. Errantium uero fixarūq; stellarum ratio: & motus nō institutis certis & doctrina/ Sed instrumentis etiam ab Hiparco perquisitis non ratam & perpetuā demonstrationis uiam afferre uoluit/ huic quoq; parti homo non sibi sed aliis natus ita consulere/ quo deinceps nihil ad astrorum consumationem/ disciplinæ esset amplius a quo/ q̄ postulandū/ itaq; his suis libris ambitus/ stationes/ Cursusq; siderū/ ac eorum motum omnem & statum (res profecto cognitu dignas omniumq; difficillimas) subtilissime agressus inuestigauit/ recte ab aliis inuenta comprobauit/ deprauata correxit: ut solus de admirabilitate Cælestium rerum nullis angustiis aut concissis disputationibus illigatus commodissime scripserit/ acute enodauerit/ cumulatissime satifecerit/ Atq; eam disciplinam Græcis hominibus quos nondum ea Cælestis scientiæ gloria attigerat: non ipsius scientiæ terminis: sed sui ingenii finibus absolutissime importauerit. & cum nihil diminuti: Nihil superuacui/ nihil præter rem/ ab eo scriptum sit. Nullus ad eius inuenta & scripta potuerit aspirare/ Harum igitur tantarum maximarumq; rerum momenta & rationes græcis litteris ab eo explicatas/ A Patre autem meo (ut diximus) in eius tantis calamitatibus latinis editas/ tuæ sanctitudini despondeo/ ut sub tui numinis tutela consecrata ardorem inuidiæ resinguat & in comūne utilitatem propter quam tanti labores suscepti sunt: felicibus tuis auspiciis diuagentur: Ac si quando tibi ab hac rerum omnium procuratione & mole/ animū uendicare recreareq; licuerit: Possis nouo hoc opere/ numeris lineisq; interstincto diuinum Ptolæmei ingenium diuinis in rebus cognoscere/ Quamobrē si labores nostri a tua sanctitate probabunt. Enitar profecto reliquis Trapezontianis libris nondum cuiq; inscriptis/ Mea in te pietate/ rursus tuorū in nos meritorū ratione presentibus posterisq; constare: Qui si præacceptis beneficiis partem gratiam referre non potero: id saltem quod implere possum profiteor & repromitto: Nullū scilicet susceptorum beneficiorum officium apud me inter moriturum/ quorum magnitudinem memoria colā sempiterna. Accipiat ergo tua sanctitudo benigne (ut solet) opus multis lucubrationibus a patre meo elaboratum/ q̄ & si aliquibus p̄ tua potestata dignitate non dignum fore uidebitur Tui animum Tamen offerentis & abditarum scientiam rerum his euolutam libris minime abs te aspernari scio non enim hominib⁹ crimini aut fraudi fuit Deum immortalem famis uasis/ cultuq; tenuissimo coluisse: & simul me non præterit Magnum illum Alexandrum/ Antigoni Artaxaxem offerentis studium magnopere comprobasse.

TABVLA

HAEC SVNT QVAE IN ALMAGESTO SEV. XIII. LIBRIS CLAVDII
PTOLAEMEI MATHEMATICAE CONSTVCTIONIS HABENTVR.

LIBER PRIMVS

	Cap.	Car.
Prohemium/Sive Proloquium/Prologus	I	I
De ordine huius doctrinae & constructione speculationum	2	I
Qd sphericum est Clobiq; modo caelum circūoluitur	3	I
Qd Terra quoq; Sphærica sit ad sensum quantum ad uniuersas ptes	4	2
Qd terra in medio caeli sita sit	5	2
Qd terra quasi punctum est ad celestia comparata	6	3
Qd terra nullo motu progressiuo moueatur	7	3
Qd duplex in caelo primorū motuum differentia est	8	3
De particularibus deprehensionibus: ibi. Sed uniuersales qdem p/ libationes summam atq; per capita ita breuiter.	9	4
De quantitate rectarū linearū quæ in circulo perducuntur: cum ta/ bulis Arcuum & chordarum	10	6
De Arcu qui est inter tropicos	11	8
Theoremata quæ ad sphæricas demonstrationes præmittuntur & de figura sectoris sphærica	12	9
De arcibus qui sunt inter æquatorem & circulū obliquum	13	9
De ascensionibus in sphæra recta	14	10

LIBER SECVNDVS

De uniuersali orbis terrarū situ qui a nobis habitatur	I	11
Quomodo maximæ diei data magnitudine dantur horizon/ tis Arcus qui ab æquinocctiali & circulo obliquo intercipiunt	2	11
Quomodo (eisdem ipsis suppositis) eleuatio poli detur	3	11
Quomodo inueniendum quibus & quando ☉ in uertice sit	4	12
Quo Gnomonū æquinocctialis tropicæq; umbræ i meridie capiāt	5	12
Expositio proprietatū per singulos parallelos	6	12
De Coascensionibus signorū & æquatoris in sphæra decliui	7	14
Expositio decanoriarū ascensionū seu tabula ascensionū p. x. gradus	8	16
De iis quæ particulariter ad ascensiones sequuntur	9	17
De angulis atq; arcibus qui in zodiaco circulo & meridiano fiunt	10	18
De angulis atq; arcib⁹ q. ab eodē obliquo orbe atq; horizonte fiūt	11	18
De angulis atq; arcib⁹ us ad eūdem circulū ab illo fiunt qui est per polos horizōtis.	12	19

LIBER TERTIVS

De magnitudine Anni temporis	I	24
De magnitudine anni & particularibus ☉ æqualibusq; motibus	2	24
De supputationib⁹ æqualis circularisq; motus	3	27
De apparente inæqualitate solari	4	28
De particularibus inæqualitatis ☉ portionibus	5	29
De tabularū differentia inæqualitatis ☉ cōpositione	6	30
De positione tabularum motus ☉ diuerſi	7	30
De inueniendo loco medii motus ☉	8	31
De motus solaris ☉ computatione	9	31
De Diei naturalis inæqualitate	10	31

TABVLA

LIBER QVARTVS

	cap.	car.
A quibus obseruationibus) Accidentia examinanda sunt	1	32
De periodicis) temporibus	2	32
De) motibus æqualibus secundum partes suas	3	33
Expositio Regularum quæ medios) progressus continent Seu Tabulæ mediõꝝ æqualiũq; motuum)	4	34
Quæ etiã in simplici suppositione) tam excentricitatis q̄ epicycli suppositio eandem faciat apparentiam	5	37
Primæ ac simplicis lunaris inæqualitatis demonstratio	6	38
De Emendatione mediõꝝ lōgitudinis & inæqualitatis motuũ)	7	40
De locis æqualiũ) motuum tempore Nabonassari	8	41
De emendatione mediõꝝ motuum latitudinis) & de lo/ cis ipsorum In primo Nabonassari Anno	9	41
Expositio tabulæ primæ ac simplicis inæqualitatis)	10	42
Quæ non penes suppositionum sed cōputationum differētiã) in/ æqualitatis quantitas diuersa est s̄m hypparcum	11	42

LIBER QVINTVS

De constructione instrumenti quod Astrolabium uocatur	1	43
De suppositione quæ ad duplicē) inæqualitatem pertinet	2	43
De quantitate hui⁹ inæq̄lītatis) q̄ penes distātiã suã a ☉ accidit	3	44
De proportione excentricitatis lunaris Circuli	4	45
De lunaris epicycli declinatione	5	45
Quō per lineas a motib⁹ periodicis Verus) motus inueniatur	6	46
Expositio uniuersalis tabulæ lunaris inæqualitatis	7	46
Canon uniuersalis lunaris inæqualitatis Seu tabula diuersitatis) uniuersalis	8	47
De uniuersali calculo lunari	9	48
Quæ nulla d̄ria fiat i ☉ atq; ☽ penes excētricũ lunæ circumulum	10	48
De aspectibus diuersitatis)	11	49
De constructione instrumenti quo aspectus diuersitatis capit̄ Lunarium distantiarum demonstratio	12	49
De quantitate diametrorum ☉ & lunæ & umbræ quæ in ☉ et ☽ perspicuntur	14	50
De Solari distantia & iis quæ simul cum ea demonstrātur	15	51
De magnitudine ☉ & ☽ & terræ	16	51
De particularibus aspectuum diuersitatibus ☉ & lunæ	17	51
De tabula diuersitatis aspectuum	18	52
De diuersitatibus aspectuum discernendis	19	53

Empedocles duplā esse a terra ad) distantiam asseruit

Quidã uero mathematici diligentius p̄scrutantes decies octies

Eratosthenes solem distare a Terra. 308. stadiõꝝ Myriadas 3080000. Stadium
385000. Miliariorũ

Lunam uero a Terra. 78. Myriadas stadiõꝝ

780000. Stadium
97500. Miliariorũ

LIBER SEXTVS

De coniunctionibus atq; oppositionibus solis & lunæ

1 55

TABVLA

	Cap.	Car.
Quo mediæ cõiunctionũ atq; oppõnũ cõponẽdæ sint tabulæ.	2	55
De synodis atq; pleniluniis	3	55
Quo periodicas & ueras cõiunctiones & oppõnes cõsiderare oportet	4	57
De eclipcticis ☉ & ☽ terminis	5	58
De distantia eclipcticorum Mensium	6	59
De tabulis eclipcticis	7	60
Tabula eclipcium luminarium	8	63
Luminarium eclipcium computatio	9	64
Solarium eclipcium computatio	10	65
De inclinationibus quæ in eclipfibus fiunt	11	66
Tabula declinationum & inclinationum	12	66
Inquisitio inclinationum	13	67

LIBER SEPTIMVS

Qd stellæ non erraticæ semp eundem inter se sitũ seruent	1	68
Qd nõ erraticarum etiam sphæra motu quodam ad successiõnem si- gnorum progreditur.	2	69
Qd in polis circuli obliq ad successiõnẽ nõ erraticarũ * sphæra mouet	3	69
De modo descriptionis fixarum	4	72
De constellationibus in Sphæra solida fabricandis	5	72

LIBER OCTAVVS

Expositio tabularis cõstellationis hemispherii Australis	1	79
De lactei circuli situ	2	85
De sphæra Solida fabricanda	3	86
De propriis erraticarum aspectibus.	4	87
De coortibus & in medio cœli locationibus cooccafibusq; fixarũ	5	88
De apparitionibus & occultationibus fixarum.	6	88

LIBER NONVS

De ordine globorum ☉ & ☽ cæterarũq; stellarũ erraticarũ.	1	89
De difficillimo suppositionũ modo in .5. planetis.	2	89
De periodicis restitutionibus .5. planetarum	3	90
Tabulæ mediõrũ motuum lõgitudinis & inæqualitatis .5. planetarũ	4	91
De iis q̄ pmittunt ad doctrinã motuũ .5. planetarum	5	98
De modo & differentia suppositionum	6	98
Demõstratio maximæ ☿ lõgitudinis & motus eius	7	99
Qd ☿ stella bis pxima terræ in una reuolutione fit	8	100
De proportione ac magnitudine inæqualitatũ ☿	9	101
De periodicis ☿ motibus	10	102
De locis periodicorum motuum ☿	11	103

LIBER DECIMVS

Demonstratio maximæ longitudinis stellæ ♀	1	103
De epicycli ♀ magnitudine	2	104
De proportionibus excentricitatis stellæ ♀	3	104
De emendatione periodicõrũ ♀ motuum	4	104
De locis periodicõrũ motuum stellæ ♀	5	105
Hæc pmittunt ad ea q̄ de reliq; planetis demonstrant	6	106

TABVLA

	cap.	car.
Demonstratio excentricitatis & maximæ longitudinis ♂	7	106
Demonstratio magnitudinis epicycli, ♂	8	108
De emendatione periodicorum motuum ♂	9	110
De locis piodicorꝝ ♂ motuū tempore Nabonassari.	10	110

LIBER VNDECIMVS

Demonstratio excentricitatis & maximæ lōgitudinis stellæ ♃	1	111
Demonstratio magnitudinis epicycli ♃	2	113
De emendatione periodicorum motuum ♃	3	115
De locis periodicorum motuum ♃	4	114
Demonstratio excentricitatis ♃ & maximæ longitudinis eius	5	114
Demonstratio magnitudinis epi. ♃	6	116
De periodicorum. ♃. motuū emendatione.	7	117
De locis periodicorum. ♃. motuū tpe Nabonassari	8	118
Quomodo a periodicis motibus apparentes ac ueri capiantur	9	118
De faciendis inæqualitatum tabulis	10	118
De computatione motus longitudinis. ♃. planetarum	11	121

LIBER DVODECIMVS

De iis quæ prætermittuntur ad Regressus planetarꝝ demonstrandos	1	122
Demonstratio Regressuum. ♃	2	123
Demonstratio Regressuum. ♃	3	124
Regressuū ♂ Demonstratio	4	125
Regressuum ♀ demonstratio	5	125
Regressuum ♂ Demonstratio	6	126
Computatio tabulæ Stationum	7	127
Tabula Stationum. ♃. planetarum.	8	128
Maximarum a ☉ distantiarum. ♀. atq; ♂	9	128

LIBER DECIMVSTERTIVS

De suppositionibus q̄ ad motus latitudinis. ♃. planetarꝝ pertinent	1	130
De modo motus latitudinis secundum suppositiones inclinationū atq; obliquationum.	2	130
De singularum inclinationum magnitudine	3	131
De cōponendis particulariū latitudinis motuū tabulis	4	132
Tabula latitudinū. ♃. planetarum	5	136
Calculus Remotionis. ♃. planetarꝝ fm latitudinem	6	139
De apparitionibus atq; occultationibus. ♃. planetarum	7	139
Qđ etiam Apparitio ♀ atq; ♂ propria cū supponibꝫ ad unguē fit	8	140
Doctrina ad particulares a ☉ distātiās apparitionū atq; occultationū	9	140
Tabulæ apparitionum & occultationum. ♃. planetarum	10	141
Conclusio totius uoluminis	11	141

MAGNAE COMPOSITIONIS CL. PTOLE
MAEI ALEXANDRINI LIBRI A GEORGIO TRAPE
ZVNTIO E GRAECO CONVERSI PER
L. GAURICVM CASTICATI



Eroptime mihi videtur

o Syre. Qui bene philosophati sunt, Speculatiuam philosophiæ partem ab Actiuâ sepeasse, Nam & si actiuâ accidat parti: Vt prius speculatiua sit, Magnâ tamen differentiam in ipsis inuenies, non solû quia nō nullæ uirtutes morales absq; disciplina etiâ multis in esse possunt: Cum speculatiuâ scientiam sine doctrina consequi impossibile sit, Veruetiam quia maxima utilitas in altera ex sequenti actione quæ in ipsis rebus habetur, in altera ex progressu speculationum fieri solet. Hinc opus esse nobis putauimus: ut actiones quidem cogitandi motibus sic tēperemus,

q̄ ne in minimis quidem, cōsiderationis eius obliuiscamur: quæ ad pulchrâ ordinatamq; mentis constitutionē perducatur, Otium autē maxime ad doctrinam Theorematur (quæ plurima pulcherrimaq; sūt) & precipuâ illorū quæ propriæ mathematica dicunt cōuertamus, Cōmode nāq; admodū Aristoteles Speculatiuâ partē in tria rursus genera partit phycū / mathematicū / theologicū. Nā cū res oēs: ex materia & forma & motu consistant quorū singula quāuis minime seorsum a subiecto inspicere possint: intelligi tamē sine reliq; possunt. ¶ Primâ quidē primi oīum motus causam si quis in summa simplicitate accipiat: Deū inuisibile atq; immobile arbitrat: & doctrinæ genus quod in hoc uersatur theologicū appellabit. Altissima enī mūdi actus hic superat: & a sensibilibus oīo substantiis separatus super illa penitus intelligitur. ¶ Genus autē quo materiales qualitates quæ semp mouent inquirimus: quodq; circa molle ac dulce: albū & calidum & similia uersatur, iure phycum nuncupabit. Cum eius substantia incorruptilibus plerumq; & sublunari orbe inueniatur. ¶ Quod autē formarum progressiuorumq; motuū naturam ostendit. Figura insuper ac magnitudinis & ad hæc multitudinis, loci, tēporis atq; similitum scientiâ scrutari id doctrinæ genus Mathematicum esse diffinit. Quippe res istæ inter duas superiores consistunt. Non solû quia & sensu & absq; sensu percipi possunt. Verum etiâ quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus q̄ immortalibus accidunt. Cum in iis quidē quæ semper mutantur, s̄m separabilem formam cōmutentur. In iis uero quæ perpetuæ nature ac æthereæ sunt, s̄ cōmutabilitatem formæ immobilem seruet. ¶ Quia igitur hinc intelleximus duo speculationis genera coniecturæ. Magis q̄ certioris sciētiae nomine appellari posse. Cum theologicum incomprehensibile sit. Naturale autem propter instabilitatem materiæ uix percipi possit, atq; propterea nunq̄ de ipso conuenire posse, philosophantes arbitremur. ¶ Solū uero mathematicū (si quis recte ipso utatur) summa & immutabilem scientiâ afferet, quoniam demonstratio, Arithmetica, Geometricaq; uia & ratio, præcedit: quibus dubitatio longe abest. Placuit huic generi pro uiribus maxime subuenire, ac præcipue illi eius parti quæ de diuinis atq; cœlestibus corporibus est. Sola enī hæc de perpetuis (quæ semper eodē modo se habēt) considerat. Et propterea ipsa quoq; potest sine cōfusione semper eodē se modo habere ac percipi, quod propriū scientiæ est. Ad cetera quoq; genera (nō minus q̄ illa) ipsa cōferre uidetur. ¶ Hæc enim ad Theologicū genus, uiam maxime præparat. Nā sola recte propinquitatē accedentiū sensibilibus substantiis, & mouētibus quidē motisq;. Perpetuis uero atq; impassibilibus, motibus quoquæ ipsis motuūq; ordinibus, immobilem & separatū actū intelligere quodammodo pōt. ¶ Ad naturale quoq; genus nō parum cōducit, quū

¶ Nam & ad theologicā scientiam hæc maxime nos ducit: quū sola possit recte considerare immobilem & inseparabilem substantiam / ab earum uicinitate quæ sensibilibus quidē mouētibusq; ac motis, æternis uero & impassibilibus substantiis accidat. tū circa rōnes. tū circa ordines motuum.

conformis totius naturalis substantiæ proprietas a progressiui motus conditionibus apprehendatur/ueluti corruptibile quidem atq; incorruptibile a recta atq; circulari/graue autē atq; leue aut passiuū aut actiuum ab eo quod est ad mediū atq; a medio. ¶ Atqui ad motum actionumq; decorem hæc pre cæteris aliis/nos propter diuinarum rerum similitudinem & mēsuram/faciet maxime perspicaces, amoresq; diuine huius pulchritudinis studiosis iniiciet/& ad similem animæ statū/qua si natura, propter speculandi cōsuetudinem deducet. Nos igitur hosce amores speculationis rerum sempiternarum continue augere uolentes. Quæ quidem inuenta hæctenus sunt: ab iis didicimus qui uere ac exquisite his disciplinis inheserunt, & ipsi tantum afferre atq; addere conabimur. Quātum fere tempus/quod iter nos & illos iterfuit, addere potest. Quæ igitur ad presens/luce clarius perspeximus, Ea omnia q̄ breuiter aperteq; (ut uel qui aliquātulum in doctrinis prægressi sunt/siue hanc scientiam degustarunt/facilius percipere possint) cōmentari & literis mandare conabimur. Verum ut absolute negotium hoc habeatur, cuncta quæ ad inspicienda cælestia conferunt serie sua exponemus. Sed ne longa nobis oratio contaxatur: quæ quidē a prisca exacte inuenta sunt: ea breuius enarrabimus. Quæ uero uel nō dum/uel nō cōmode tradita sunt: ea pro facultate nostra/latius exponemus.

De ordine huius doctrinæ.

Cap. I I.

R O P O S I T I A V T E M negotii huius illud precedit: ut uniuersalem terre totius habitudinē ad totum cœlum perspiciamus. Particularium uero quæ deinde sequuntur: Primum est: ut de obliqui circuli situ & locorū habitabiliū cōsideremus: & ad hæc differētia q̄ i ordine penes inclinationes p unūquēq; horizonta alterius loci ad alterū fit: Hæc enī cōsideratio si præcesserit/faciliore ad cōsideranda reliqua uia præbebit. Alterū ut de solari motu atq; lunari: & de accidentibus suis doctrinam afferamus. Nam nisi quæ hæc prius tenuerit/non erit possibile stellarum percipere accidentia. Ita cum ad extremum fiat sermo de stellis. Quæ quidem ad orbem stellarum pertinent: quas fixas appellare solent/iure præcedent. Sequentur autem quæ ad erraticas quandoq; accomodantur. Horum singula tanq̄ principiis ad inueniendum & quasi fundamentis usq; partim iis quæ perspicua apparent. Partim certis prisca nostrisq; observationibus/demonstrare conabimur: & consequenter eis lineari demonstrationum uia ratione accomodabimus. Vniuersale igitur quod præcedit huiusmodi est. Quod cœlum sphæricū est/& globi modo peruoluitur. Quod terra quoq; s̄m uniuersales suas partes accepta/quo ad sensum spherica est atq; globosa. Situ uero in medio totius cœli/centro simillima collocatur. Magnitudine autem atq; distantia ad fixarum stellarum sphæra tanq̄ punctum se habet/nullaq; progressiui motu mouetur. De quorum singulis pauca breuiter (ut in memoria reducatur) nobis perstringēda sūt.

Quod sphæricum est/globiq; modo cœlum conuoluitur.

Cap. I I I.

Cœli figuram esse sphæricam & motum eius circumferentialem.

P R I M A igitur principia ab huiusmodi obseruatione ueri similiter a prisca hominibus inuenta mihi uidentur. Solē enim & lunam aliasq; stellas ab ortu semper ad occasum in æqui distantibus inter se circulis ferri uidebant/ita ut incipientes ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum feratur. Paulatimq; in altiora cōscendere uideatur/rursusq; proportionatim descendere/quo usq; omnino (quasi in terram inciderint) pereant. ¶ Tēporeq; aliquo iteriecto/rursusq; perspiciebāt quasi ab alio principio orti atq; occidere: & ad hæc tempora & ad hæc ortuum occasuumq; loca similiter atq; ordine certo in uniuersum redire: sed stellarum, quæ semper cernuntur, circumuolutio quæ circa idem semper uertitur cœtrum/ut cœlum sphæricum esse crederēt/maxime illos compellebat. Necessario enim punctū illud cœlestis sphære polus efficitur/cum stellarum quæ ipsi centro propinquiores sunt in minoribus circulis uolunt.

uantur. Quæ uero remotiores s̄m proportionem distantia; maiores circulos faciūt donec ad eas/quæ occidunt distantias ueniant/quarum etiam propinquoires illis q̄ semper cernuntur breuiori tempore occultari uidebant. Remotiores autem p̄portionaliter maiore. Propter hæc igitur solā predictam opinionem primo habuerūt deinde reliqua quoq; consequenter intellexerunt/quum omnia simpliciter quæ apparent contrariis opinionibus suo testimonio repugnēt. Nam si quis stellarum motum rectæ ad infinitum ferri supposuerit/ueluti nō nulli putarunt:quæ nam uia & quæ ratio excogitari poterit. Quare ab eodem quotidiana initio ferri cernantur/quo enim pacto stellæ in infinitum profectæ regredi possent. Aut quomodo regressus eorum ne cerneretur. Aut quomodo magnitudines earum ita sensim non minuerentur. Vt tandem nullæ uiderentur. Nunc uero contra maiores quidem in ipso uidentur occasu & sensim ita occultantur. Vt ab terræ superficie ipsius quasi obice obtegi uideantur/incendi autem ipsas a terra rursusq; in terram extinguere absurdum omnino atque irrationabile uidetur. Nam quis eam in magnitudinibus & quantitatibus earum in distantis/locis/atq; temporibus/seriem/casu & absq; ratione fieri concederet. Præterea partem quidem aliam terræ incendendi naturam habere. Aliā uero extinguendi/Immo autem eandem aliis incendendi/aliis extinguendi/etiā stellarum easdem aliis incensas/iā autem extinctas esse:alias nondum. Siquis in quā hæc omnia ridicula concederet/quid de apparētibus semper dicemus:quæ nec oriuntur nec occidunt. Aut qua de causa quæ incenduntur & extinguuntur non ubiq; illico oriuntur uel occidunt. Quæ uero id minime patiuntur/semper super terram ubique sunt. Nam eadem non possunt aliis incendi extinguiq; semper: aliis nunq̄ istorum aliquid pati. Aperte nāq; patet easdem stellas apud alios quidem oriri atq; occidere. Apud alios autem neutrum istorum facere. Et ut breuiter perstringam quamcūq; aliam motus cœlestium figuram preter globosam quisq; supposuerit. Neesse erit in equales distantias a terra ad superiorum partes corporum fieri/ubicunq; & quomodocunq; situm ipsius posueris/ut & magnitudines & distantia stellarū ad inuicē in equales eisdē in singulis circūductiōibus uideantur/quasi modo magis:modo minus distarent quod accidere nequaquā uidemus. Nam q̄ iuxta horizontes maior magnitudo stellarū uideat: nō distantia paruitas id facit/sed huiusmodi terrā obeūtis euaporatio quū inter uisum nostrū & stellas ipsas exhalet/ueluti maiora ī aquis submersa uident: & qdē tāto maiora quāto pfūdiora petierint. Sed illa quoq; ut sphaerica esse cœlestia sentiamus. Cōpellūt q̄ nulla alia figura supposita preter istā structuræ instrumentorū cōuenire possunt/q̄ cū cœlestium motus nullare phibeatur & facillime omnium uoluatur. Figuræ quoq; omnium/in superficiebus qdē circularis/in solidis uero sphaerica facillime mouetur. Quūq; capatior ex diuersis figuris equalē habētibus ambitū ille sint: quæ plures angulos hnt. Circulus qdē planis/Sphaera uero solidis capatior oibus inuenit. Cœlū aut cæteris oibus corporibus capatius est. ¶ Sed ad hanc sententiā naturalia etiā quædā impellunt/ueluti q̄ corporibus uniuersis subtiliorū partiū magis q̄ similiū æther est. Superficies aut corporū quæ similiū partiū sunt similes partes habēt. Solæ uero superficies in planis qdē circularis/in solidis aut sphaerica similiū partiū sunt. Quū igitur æther solidus sit globosum esse necesse est. ¶ Præterea terrestria quidem corruptibiliaq; corpora ex rotundis uniuersaliter natura quāuis ex dissimiliū partium figuris cōstituit. Aetherea uero diuinaq; omnia ex similiū partiū atq; sphaericarū. Nam si plana uel concaua essent: nō omnibus (q̄ ex diuersis terræ locis/in eodē tēpore cōspiciūt) circularis esse figuræ uiderētur/quas ob res quū æther (rationabile est etiā) q̄ hæc cōtinet/naturæ similis similiūq; partium sit sphaericus & circulariter equaliterq; feratur.

¶ Quod terra quoq; sphaerica sit ad sensum quātū ad uniuersas partes. Cap. IIII.



¶ **V**OD ETIAM TERRA s̄m omnes partes accepta sphaerica sit ad sensum: sic maxime intelligemus: Solem enim & lunam aliasq; stellas uidere licet non secundū idem/in omnibus terris oriri atq; occidere: sed prius semper orientalibus/posterior autem occidentalibus. Nam quæ

Terram esse rotundam.

in eodem tempore sunt eclipses & maxime lunares, nō in eisdem horis idest equaliter a meridie distantibus apud omnes conscribi inueniemus: sed semper apud orientaliores obseruatas cōscriptasq; horas posteriores illas fuisse quæ ab occidentalibus obseruatæ sunt. Cūq; horarum etiam differentia terrarum distantia proportionalis inueniatur: non absurde terræ superficiem globosam esse quispiam affirmabit: qm̄ similitudo partium quæ per omnes partes propter rotunditatem accipitur proportionaliter semper iis qui deinceps sunt se ipsam obiicit quod accidere nō posset / si alia q̄ sphaerica terræ figura esset. ¶ Quod et inde patet: nam si caua esset occidentalioribus orientes stellæ prius uiderentur. ¶ Si plana in eodem tempore omnibus simul qui in terra sunt orientur atq; occideret. ¶ Triangularis uero si esset: aut quatuor angulorum uel cuiusuis plurium angulorum) figuræ omnibus similiter: q̄ eadem rectam lineam habitat: quod nullibi fieri uidetur. ¶ Quod autem nec chylindri quidem formam habet ita q̄ rotunda quidem superficies ad ortum atq; ad occasum uersa sit planarum uero basium latera ad mundi polos: quod quasi uerisimile aliqui putarent, inde perspicuum est: quod nulla unq; stella semper cōuexam habentibus superficiem, cerneretur: sed autem omnes omnibus orientur atq; occiderent: aut eodem & equaliter ab utroq; polo distantes omnibus semp appareret. Nūc uero quanto magis ad septentrionem progredimur tanto plures australiorum quidē stellarum occultantur. Borealiorum autem cernuntur. ¶ Ut hinc pateat q̄ etiā hęc terræ globositas obiiices proportionaliter ad laterales faciens partes sphaericam figurā undiq; ostēdit. ¶ Ad hęc si oibus aut quibusdā altioribus locis a quouis & ad quēuis angulū nauigātes accedimus: paulatim magnitudines eorū accrescere uidentur: quasi ab ipso mari emergāt quæ antea submersa pp cōuexam aque superficie uidebant.

Quod terra nō sit cōcaua/neq; plana nec triangularis.

Quod non sit columnares.

Aquam esse gibbosam.



¶ Quod terra in medio cœli sita est.

Cap. V.

Terram in medio mūdi sitā esse



AC RE PERSPECTA, si quis deinceps de situ terræ certius dicere uelit sic profecto quæ iuxta ipsam apparent, accidere solummodo intelliget: si tam in medio cœli quasi sphaeræ centrum posuerit. Nam si sic se res non habeat: aut oportebit quod ipsa sit extra axem & equaliter ab utroq; polorum distet: aut in axe: ita ut ad unum polorum magis accedat: aut nec in axe neq; ab utroq; polorum æqualiter distet. Ad primum igitur ex his tribus situm, illa maxime pugnant. Nam si sursum aut deorsum extra axem intelligatur, accidet ut quum i duo semper inequalia quod supra terrā & quod sub terrā ē ab horizonte disseperentur, nūquā in recta sphaera equinoctiū fiat. In obliqua uero sphaera uel nūquā, uel non in medio transitu ab altero solstitiorum æstiuo dico atq; hyemali ad alterum. Nam hęc spatia inæqualia necessario fierent. Non enim æquinoctialis/maximumq; parallelorum circulorum qui in polis circulationis describuntur diuideretur ab horizonte in duo æqualiter. Sed unus æquidistantium ei uel borealium magis uel australium. Sed apud omnes simpliciter constat hęc spatia æqualia esse ubiq; qm̄ & diei ab æquinoctio incrementa donec ad maximum diem in æstiuo solstitiis perueniatur æqualia sunt dierum decrementis: ad minimum usq; solstitiorum hyemalium diem. ¶ Si uero ad ortum uel occasum idest ad aliquorum partes rursus accedere supponatur: Nec magnitudines & spatia stellarum s̄m orientale & occidentalem, horizonta æqualia eademq; eisdem erunt: nec ab ortu ad meridiem tempus æquale illi erit tempori quod a meridie ad occasum est: quæ omnia iis quæ apparent omnino repugnant. ¶ Ad secundam autem opinionem qua sic in axe ponitur ut ad alterum polorum magis accedere intelligatur. Ita rursus quispiam responderet: quia si sic res se haberet, & in singulis climatibus, horizontis superficies cœli partes duas quæ super terram & quæ sub terra est s̄m alium atq; alium accessum & ad seipsas & ad inuicem semper inæquales differenter efficeret: nec nisi in recta solummodo sphaera in duas æquales posset separare. In obliquatione autem quæ propinuiorem polum semper facit manifestum partem (quæ super terrā est) semper minueret: & sub terram omnia auget. Vnde accideret ut maximus quocq;



circulus qui per medium signorum est inæqualiter ab horizontis planitie diuidere
tur/quod minime ita se habere uideretur. Sex enim semper omnibus super terram
apparent signa/& sex reliqua tunc non apparerēt. Deinde rursus cum illa super ter-
ram integre apparuerint,tunc reliqua non uiderentur, ut hinc perspicuum fiat por-
tiones quoq; zodiaci in duo æqualia diuidi ab horizonte/quoniam iidem semicir-
culi modo super terram/modo sub terra integri sunt, & omnino nisi terra sub ipso
æquinoctiali sita esset. Sed ad septentrionē uel meridiem ad alterum polum appro-
pinquaret eueniret ut ne ad sensum quidem in æquinoctialibus diebus orientales
Gnomonū umbræ in æquidistantibus ab horizonte superficiebus ad rectam cum
occidentalibus lineam fierent/quod ubiq; consequi aperte perspicitur. Hinc autem
patet, nullum etiā tertiam opinionem locum habere namq; primis repugnant, ipse
quoq; repugnant; & ut breuiter perstringam uniuersa series quæ in decrementis in-
crementisq; dieū & noctium perspicitur/nisi medium terra situm obtinere ponat-
ur/penitus confunderetur, & ad hæc lunæ quoq; defectus est/eclipsisq; in quibuscūq;
partibus cæli acciderēt non possent in opposito solis loco fieri. Cum sepius terra nō
in oppositione sed in minoribus semicirculo spatii seipsam illis opponeret.

Quod terra quasi punctum est ad cælestia comparata.

Cap. VI.



IUOD VERO puncti (quantum ad sensum pertinet) proportionē
habet terra ad spatium quod est usq; ad stellarum (quæ fixæ uocatur)
sphæram. Magnū illud argumēto est: qd ab omnibus terræ partibus ma-
gnitudines stellarum atq; distantia in eisdem temporibus æquales si-
milesq; uidetur, quemadmodum obseruationes in diuersis climatibus factæ osten-
dunt. Quibus nec minima quidem discrepantia inuenitur/accidit qd gnomones in
quacūq; terræ parte ponantur/& armillarum centra & sphærarum idem possunt ac
si in centro terræ ueraci/perspectiones. n. & circūductiones umbrarum ita conueni-
entes suppositionibus apparentium conseruant/quæ admodum si a puncto quod i
media terra est fierent. Hæc ita se habere illud etiam signo est/qd superficies quæ un-
diq; a uisibus nostris educantur, quas horizontes appellamus totam cæli sphæram
in partes æquales diuidunt semper/quod non fieret/Si ad distantia cælestium sensi-
bilis esset terræ magnitudo. Sola enim superficies quæ per terræ centrum educere-
tur/sphæra diuidere posset æqualiter. A quacūq; autē ducere planitie terræ pp sub
terreneas partiones maiores his faceret/quæ sub terra inueniuntur.

Terram respectu fir-
mamenti uicem pun-
cti habere.

Quod terra nullo motu progressiuo mouetur.

Cap. VII.



DER EADEM VERO demonstrabitur. Nullo modo terram ad pre-
dictas laterales partes moueri, aut unq; cætri locum mutare. Eadē enim
eueniret, quæ (si alium situm preter medium haberet) acciderent, qua-
re si quis causas motus grauium ad medium quærat/frustra mihi facere
uidetur, Cum re ipsa manifestissimum sit & terram medium mundi locum posside-
re/ponderosaq; omnia fieri ad ipsam. Illud autem ad istius rei intelligentiā fa-
cillimū est atq; paratissimum/qd cum sphærica terra & i medio totius (ut diximus)
demonstrata sit/in omnibus simpliciter partibus eius/grauium corporum inclina-
tiones & motus proprios/ad rectos (ad illam semper & ubiq; superficiem angulos
fieri) quæ per descendendum contactum æqualiter educit. Patet enim (quoniā
sic se res habet) qd si grauia non impedirentur itaq; a superficie terre non repercute-
rentur omnino ad ipsum centrum peruenirent/presertim quia linea etiam quæ re-
cte ad centrum ducit/ad rectos se illius planitie semper angulos accomodat/quæ
in ipso incisionis contactu sphæram attingit. Qui autem incredibile putauerūt
ne hæerere alicubi/nec ferri tantum terræ pondus/ii mihi uidentur non ad proprie-
tatem totius/sed ad passiones suas ipsorum respiciētes hæc comparare/atq; ita plu-
rimum aberrare. Non enim mirum eis uisum in hoc putarem/si animaduertent.

Quod terra motum
localē non habeat.

hanc terræ magnitudinem uniuerso continenti comparatam corpori puncti proportionem habere. Ita enim possibile uidebitur, quod proportioe minimum est a uere maximo (quod similitum partium est) sustineri æqualiter undiq; in inclinatione ac simili compulso, quum nihil deorsum aut fursum in mundo ad ipsum sit. Veluti nec in sphaera unq; tale quid intelligere quispiã poterit, quãuis quæ in ipsa creatur, quantum ad proprium naturalemq; motum suum, leuia quidem & quæ subtilium partium sunt ad exteriora, & quasi ad circũferentiam eleuentur. Videanturq; motum ad singulorum superiora facere, quod ideo ita fit quoniam quod super caput nostrum est, quodq; fursum uocatur, ipsum quoq; quasi ad continentem superficiem tendit. Grauia uero grossarumq; partium omnia autem ad medium & quasi ad centrum ferantur ad inferiora cadere cernuntur. Idq; ideo quoniam est contra quod sub pedibus nostris est deorsumq; uocatur, ipsum quoq; tendit ad centrũ terræ ideo non absq; causa circa medium hæc ab incurso alterius ad alterum & simili undiq; atq; æquali collisione compensantur, quas ob res non irrationabiliter totũ terræ firmamentum ita maximum respectu eorum esse percipitur, quæ ad eam etiã minimi ponderis impetu feruntur, ut quiescens undiq; cadentia in ipsam recipiat.

M AEC C V Mita se habeat fit. A. B. C. excentricus lunæ circulus cuius cētrū D. & diameter. A. D. C. in q̄ & zodiaci cētrū eē supponat̄ ita ut. A. q̄dē p̄ctū maxima lógitudo excentrici fit. G. uero minima describaturq; circa

centrū. G. lunæ epicyclus. F. I. T. & ducat tangens ipsum linea. E. T. B. & coniungat C. T. quoniam igitur cum ad tangentem epicycli lineam luna peruenit maxima inæqualitatis differentia fit, quæ demonstrata est graduum esse. 7. 40. erit etiã angulus. C. E. T. cū sit in centro zodiaci taliū. 7. 40. qualiū quatuor recti sūt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. talium. 15. 20. quare arcus quoque. C. T. talium erit. 15. 20. qualium ē circulus qui triangulo. C. E. T. circūscribitur. 360. & chorda sua. C. T. talium. 16. proxime qualiū. C. E. diameter. 120. quare qualiū etiã semidiameter epicycli. C. T. demonstrata. 5. 15. A. E. uero quæ est a centro circuli qui per medium signorum est ad maximam excentrici longitudinē. 60. talium etiam erit. E. C. quæ est ab eodem centro ad minimam excentrici longitudinē. 39. 22. Quare tota. A. G. diameter erit earundē. 99. 22. D. A. uero quæ est a centro excentrici erit. 49. 41. & linea. E. D. quæ est inter duo centra scilicet signiferi & excentrici erit. 10. 19. & sic demonstrata nobis est proportio seu ratio quæ ab excentricitate continetur.




¶ De lunaris epicycli declinatione.

Cap. V.

ED GRATIA quidē apparētū in aspectibus coniunctiōibus ac oppositionibus lunæ quadraturarūque; ad hæc usque circuloꝝ expositōꝝ suppositiones quispiã inueniet; a particularibus autem motibus que inter has distantias sunt; in quibus maxime inter minimam et maximam excentrici longitudinē epicyclus inuenit propriū quidē lunæ in declinatione sui epicycli accidere inuenimus; nam cū unū & idē uniuersaliter in epicyclis supponi pūctum oporteat ad quos semper restitutiones eorū quæ mouent in ipsis fieri necesse sit; quod maximam longitudinē mediā appellamus. Vnde principiã quoque; numeroꝝ motus epicycli statuimus ut punctū. F. in propria descriptione. Quod punctū determinatur secundum sitū maximæ minimæque; longitudinis excentricorū a linea quæ per oīa centra educitur; sicut linea. D. E. C. in aliis quidē oībus simpliciter suppositionibus nihil ex apparētibus obici posse uidemus; propterea que; diameter epicycli quæ per maximam longitudinē transit; hoc est. F. C. I. in epicyclorū pgressibus eundem semper situm conseruet lineæ quæ centrum eius æqualiter circūducit sicut hic linea. E. C. declinetque; semper quod certe consequens quispiã arbitrabit ad circūductionis centrū; in quo in tēporibus æqualibus æquales motus; æquales anguli intercipiunt. In luna uero apparētia his opponunt; nam etiã in pgressibus epicycli qui sunt inter. A. & C. diameter. F. I. non declinat ad. E. centrū circūductionis; nec eundē sitū. E. C. lineæ conseruat; inuenimus enī ad unū quoddam; & idē. A. C. diametri punctū dictam declinationē semper seruari; sed neque; ad. E. centrū zodiaci; neque; ad. D. excentrici centrū; sed ad punctū quod; A. B. E. uersus minimam excentrici longitudinē tantū distat; quāta ē linea. D. E. Id ita se habere a pluribus rursum obseruationibus demonstrabimus; duas tamē exponemus; quibus propositū maxime potest declarari; hoc est in quibus (in mediis distantibus) erat epicyclus & luna in maxima uel minima eius longitudine; in hmoi enī pgressibus dictarū declinationū maxima differentia solet fieri. ¶ Obseruasse igitur Hipparchus in Rhodo per instrumēta tā solē quā lunā cōscribit anno. 197. a morte alexandri Pharmuthi (secūdū ægyptios) xi. incipēte hora secunda; & sol quidem ait perspiciebat esse in tauri gradibus. 7. 45. luna uero in piscium. 21. 40. erat autem exacte in. 21. 28. in tempore igitur dicto uera luna distabat a uero sole ad successionem signorum gradibus 313. 47. proxime. Verum quoniam secūda incipiente hora; obseruatio fuit ante meridiem diei undecimæ horis proxime. 5. tpalibusque; in Rhodo tūc faciebāt. 5. 40. æquales proxime; colligunt a cōstituto nobis tpe usque; ad obseruationis tēpus anni ægyptiaci. 610. & dies. 219. & æquales horarū simpli quidē. 18. 20. exacte autē. 18. solū in quo tempore inuenimus solem secūdū mediū motū in tauri gradibus. 6. 41. secūdum uerum autē. 7. 45. lunā uero mediā secūdū longitudinē quidē in pisciū gradibus. 22. 13. secūdū inæqualitatē autē a maxima epicycli longitudine media distabat gradibus. 185. 30. & sic medie lunæ a uero solæ distantia colligitur fuisse graduum. 314. 28. ¶ His ita suppositis sit. A. B. C. excentricus lunæ circulus; cuius centrum. D. & diameter. A. D. G. in qua sit. E. centrum zodiaci; & describatur circa. B. centrum. F. I. T. lunæ epicyclus


bat in Rhodo, n. cum luna fit in fine leonis post meridiem una proxime hora nul-
 lū diuersitatis aspectū secūdū longitudinē habuit Vera ergo luna hoc modo dista-
 bat a uero sole ad successionē signorū gradib⁹. 48.6. & qm̄ post meridiē diei. 17. Pau-
 ni. 3. 20. horis tpalib⁹ facta obsuatio fuit, q̄ tūc i rhodo q̄tuorpxie faciebāt eq̄les: fit ex
 tpe nobis cōstituto usq; ad obseruationē tēpus annoꝝ ægyptiacorū. 620. & dieꝝ. 286
 & horarū æq̄liū simplr q̄dē. 41. exacte autē. 3. 40. in quo tpe filr inuenim⁹ mediū so-
 lem in gradibus cancri. 12. 5. & uerū. 10. 40. Mediā uero lunā secūdū longitudinē q̄
 dē in leonis gradib⁹. 27. 20. Quare distātia etiā a media luna ad uerū solem. 46. 40.
 graduū colligit inæqualitatis autē a maxima longitudine media epicycli graduum
 333. 12. ¶ His ita suppositis. Sit rursus. A. B. C. excentricus lunæ circulus cuius cen-
 trū. D. & diameter. A. D. C. in qua zodiaci centū fit. E. & describat̄ circa. B. punctū
 F. I. T. lunæ epicyclus & protrahant̄ lineæ. D. B. & E. T. B. F. qm̄ ergo distātia lunæ
 ad solē duplicata. 90. 30. gradus cōtinet/erit profecto p̄ p̄dicta angulus quoq; A. E.
 B. taliū. 90. 30. qualiū quatuor recti sunt. 360. Qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū
 181. Si ergo. B. E. lineā p̄duxerimus & ad eā a puncto. D. p̄pendicularē. D. C. p̄traxerim⁹
 mus/fit etiā angulus. D. & C. reliquarū ad duos rectos p̄tiū. 179. quare arcus quoq;
 D. C. taliū est. 179. qualiū est circulus q. D. E. C. rectāgulo circūscribit̄. 360. arcus ue-
 ro. E. C. reliq; ad semicirculū gradus unius/chordæ igit̄ etiā suæ. D. C. quidē taliū erit
 119. 59. qualiū est. D. E. diameter. 120. E. C. aut̄ earūdē. 1. 3. qualiū ergo est. D. E. quæ i-
 ter centra est. 10. 19. & B. D. quæ est a centro excētrici. 49. 41. taliū etiā erit. D. C. qui-
 dē. 10. 19. proxime. E. C. aut̄ similiter. 0. 5. & qm̄ quadratū. D. C. subtractū a quadrato
 B. D. facit quadratū. B. C. habebimus totā. B. C. lineā partiū. 48. 36. & reliquā. E. B.
 48. 31. earūdē. ¶ Rursus qm̄ distantia mediæ lunæ a uero sole gradus erat. 46. 40.
 Verā aut̄. 48. 6. ut differētia inæq̄litas addat gradus. 1. 26. supponat̄ luna (quæ iu-
 xta maximā epicycli longitudinē erat) esse in. I. puncto: tractūq; lineis. E. I. & B. I.
 producat̄ ex puncto. B. ad lineā. E. I. p̄pendicularis. B. L. qm̄. B. E. L. angulus taliū ē
 1. 26. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 2. 52. erit ēt
 arcus. B. L. taliū. 2. 52. qualiū est circulus qui orthogoniū. B. E. L. triāgulo circūscribit̄
 360. ipsa uero lineā. B. L. taliū. 2. 59. qualiū est. E. B. diameter. 120. quare qualiū. E. B.
 est. 48. 31. B. I. aut̄ quæ a centro epicycli. 5. 15. talium etiā erit. B. L. lineā. 1. 12. qualium
 ergo. B. I. diameter. 120. taliū ēt erit. B. L. 27. 34. arcus aut̄ suus taliū. 26. 34. q̄liū est cir-
 culus q. B. I. L. triāgulo circūscribit̄. 360. q̄re angulus quoq; B. I. L. taliū erit. 26. 34.
 q̄liū duo recti sunt. 360. totus uero angulus. F. B. I. earūdē q̄dē. 29. 26. qualiū uero q̄-
 tuor recti. 360. taliū. 14. 43. totidē ergo est graduū. I. F. epicycli arcus quo distātia a
 luna ad exactā uerāq; maximā longitudinē cōtinet: Verū qm̄ in tēpore obseruatōis
 333. 12. a media maxima longitudine distabat. si hanc mediā maximā longitudinē i
 M. puncto esse supposuerim⁹ & lineā. M. B. N. cōiunxerimus & ad ipsā a puncto. E.
 perpendicularē. E. X. deduxerimus: erit totus quidē arcus. I. F. M. reliquorū ad semi-
 circulū grad. 26. 48. Reliquus uero. F. M. gra. 12. 5. quare angulus etiā. M. B. F. hoc est
 E. B. X. talium est. 12. 5. qualiū quatuor recti sunt. 360. Qualium uero duo recti sunt
 360. talium. 24. 10. & arcum quidē. E. X. taliū erit. 24. 10. qualium est circulus qui. B.
 E. X. triāgulo circūscribitur. 360. ipsa uero. E. X. lineā talium. 15. 7. qualium est dia-
 meter. B. E. 120. qualium ergo est. B. E. quidē lineā. 48. 31. D. E. autem quæ inter cen-
 tra est. 10. 19. taliū etiā erit. E. X. 10. 8. ¶ Rursus quoniā angulus. A. E. B. 181. taliū
 esse suppositus est qualium duo recti sunt. 360. Angulus uero. E. B. N. demonstra-
 tus est esse. 24. 10. ut reliquus. E. N. B. earūdē reliquatur. 156. 50. fit ut & arcus. E. X.
 talium sit. 156. 50. qualium est circulus qui. E. N. X. triāgulo circūscribitur. 360.
 ipsa uero lineā. E. X. talium. 117. 33. qualium est diameter. E. N. 120. qualium ergo ē
 E. X. quidem lineā. 10. 8. D. E. autem quæ est inter centra. 10. 19. taliū etiā erit. E.
 N. 10. 20. quare hinc etiā patet q̄ declinatio. M. B. lineā per. M. punctū mediæ longi-
 tudinis maxime ad. N. punctū facta intercipit rursus. E. N. lineā æqualem proxime
 D. E. lineā q̄ inter cētra est. ¶ Sed ex aliis etiā obseruatōib⁹ q̄ plurib⁹ easdē pxime
 p̄portiones colligi adinuenimus: ita ex his propriū lunaris suppositōis declinatio
 epicycli esse p̄firmat̄. ut circūductio quidē cētri epicycli circa. E. cētrū circuli (qui per
 mediū signorū ē) fiat: diametri uero q̄ hoc ipsū & p̄ctū mediæ lōgitudinis maxime



epicycli diffeperat: hō ad. E. centrū æqualis circūductionis/ sicut in aliis. sed semp ad N. per æqualē lineā. D. E. (quæ inter centra est) ad alterā partem distantia.

¶ Quomodo per lineas a motib⁹ periodicis uerus lunæ motus iueniat. Cap. VI.

MIS ITA DEMONSTRATIS Iā psequēs est dicere quo pacto īparticularib⁹ lunæ progressib⁹ mediōꝝ motuū/captis locis & a numero distantia & a numero qui ē secūdu epicyclū lunæ additionē aut subtractionē ei⁹ inueniem⁹ dīa/ q̄ penes inæq̄litate colligit/ quæq; medio secūdu lōgitudine p̄gressui apponit. Per lineas igit̄ a similib⁹ theorematib⁹ hui⁹ rei cognitionē accepim⁹. ¶ Si tñ exēpli gratia in ultima p̄positarū descriptionū eodē p̄iodicos mot⁹ distantia inæqualitatisq; supposuerim⁹: idest distantia qdē gradus. 90. 30. q̄ p̄ duplicationē colligebant̄ inæqualitatis uero a media longitudine maxima epicycli gradus. 33. 12. & p. E. X. & B. L. p̄dicularib⁹ p̄diculares. N. X. & I. L. p̄traxerim⁹: p̄ eandē similiter qm̄ dati sunt anguli qui sunt ad. E. centrū: & qm̄. D. E. & E. N. lineæ æq̄les sunt utraq; linearū. D. E. & N. X. taliū. 10. 19. proxime demōstrabit̄ q̄liū ē D. B. q̄ est a cētro excētrici. 49. 41. & B. I. q̄ est. A. cētro epicycli. 5. 15. utraq; uero lineārū. I. C. & E. X. 0. 5. earundē & p̄p̄ea. B. C. qdē tota erit sicut demōstrauim⁹ earūdem 48. 36. B. E. aut̄ sicut. 48. 31. & B. X. reliquarū. 48. 26. quare qm̄ quadrata. B. X. & X. N. cōposita faciunt quadratū. B. N. hanc etiā habebimus taliū. 31. qualiū erat lineā. N. X. 10. 19. qualiū ergo est. B. N. diameter. 120. taliū etiā erit lineā. N. X. 25. proxime & arcus suus taliū. 24. 3. qualiū est circulus qui orthogonio triangulo. B. N. X. circūscribit̄. 360. quare angulus etiā. N. B. X. idest. F. B. M. talium erit. 24. 3. qualiū duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 12. 1. proxime. Tot ergo graduum ē arcus epicycli. F. M. uerū qm̄. I. p̄ctū lunæ distat ab. M. Media longitudine maxima. 26. 48. reliquis ad unū circulū gradib⁹/habebim⁹. I. F. reliquū arcū graduum 14. 47. quare angulus quoq; I. B. F. taliū erit. 14. 47. qualiū q̄tuor recti sunt. 360. q̄liū uero duo recti sunt. 360. 29. 34. & arcus. I. L. taliū. 29. 34. qualiū circulus q̄ recta/ gulo. I. B. L. circūscribit̄. 360. arcus uero. L. B. reliquorū ad semicirculum. 150. 26. q̄ re chordæ quoq; suæ. I. L. quidem talium erit. 30. 34. qualiū est. B. I. diameter. 120. L. B. aut̄. 116. 2. earundē quare qualiū. B. I. quidē quæ ē a centro epicycli est. 5. 15. B. E. autē. 48. 31. demonstrata talium erit. I. L. quidem. 1. 20. L. B. uero similiter. 5. 5. quare tota etiā. E. B. L. talium erit. 53. 36. qualiū. L. I. erat. 1. 20. & quoniā si cōponant̄ q̄ ab ipsis sunt redūt quadratum lineæ. E. I. habebimus etiā ipsam. E. I. earundē esse per longitudinē. 53. 37. proxime/ quare: qualium est ipsa. E. I. diameter. 120. talium etiā erit. I. L. 2. 59. & arcus suus talium. 2. 52. qualium est circulus q̄. E. I. L. rectan/ gulo circūscribitur. 360. quare angulus etiā. I. E. L. differentia penes inæqualitatem. Talium est. 2. 52. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 1. 26. quod erat demonstrandum.



¶ Greca autem littera habet. I. F. B.

¶ Expositio uniuersalis tabulæ lunaris inæqualitatis. Cap. VII.




HERVM VT RVRSVS per tabularum expositionem paratam particularium additionum subtractionumue cognitionem pre oculis ponere/ mus: tabulam suppositionis simplicis iam habitam adimpleuimus/ ordinibus additis qbus duplex quoq; inæq̄litas emendat: utiq; sum⁹ silr linearū doctrina. ¶ Post igit̄ duos ordines/ primos quibus numeri cōtinetur: tertiu ordinē cōnexuimus: qui additiones subtractionesq; p̄tinet numero inæqualitatis sic cōrespōdētes: ut q̄ a media longitudine maxima hoc ē a puncto. M. p̄ medios p̄gressus colligit̄/ ad uerā longitudinē maximā idest ad punctū. F. Traducat̄: nam quæ ad modū ip̄reposita. 90. 30. graduum distantia. F. M. arcus. 12. 1. graduum nobis demonstratus est ut lineæ q̄. 333. 12. gradibus ab. M. media longitudine maxima distabat: distantiam/ ab. F. uera longitudine maxima. 345. 13. graduum colligi ostenderemus: per quos inuenit̄ additio subtractione quæ p̄ epicyclū facta/ medio fm̄ lōgitudinē motui apponit. ¶ Sic & in aliis distantia numeris eodē modo quātitates additiōis atq;

subtractionis p tot partes cepimus p quot mediocriter comodeq; fieri putauim⁹ ac comodauimusq; p tertiu ordinē singulis numeris. ¶ Quart⁹ deide ordo expositas iā in prima tabula differētiā inæqualitatis quæ penes epicyclū est cōtinebit/qrū differētiarū maxima ad.5.1.gra.pxime secūdū pportionē.60.ad.5.15.puenit. ¶ Quint⁹ autē ordo excessus differētiarū primæ secūdæq; inæqualitatis cōtinebit/colligiturq; maxima etiā hic additio uel subtractio graduū.7.40. s̄m pportionē.60.ad.8. Ita quartus ordo est positionis epicycli in maxima excentrici longitudine/quæ quidem positio fit in oppositiōibus atq; coniunctiōibus. ¶ Quintus uero collectoꝝrum excessuum ex inæqualitate facta in quadraturis iuxta minimam excentrici longitudinem. ¶ Verum ut partes excessuum proportionaliter pertinentes ad motus epicycli qui sunt inter duas huiusmodi positiones capiantur. Sextum etiā addemus ordinem: quos sexagesimæ illæ cōtinent quas per singulos distātiæ: numeros appositæ differētiæ captas/primæ additioꝝni. Subtractioniue quæ penes primū inæqualitatem in ordine quarto est/semper oportet addere: hæc nobis sic adinuēta sunt. ¶ Sit enim. A. B. C. lunæ rursus excentricus cuius centrū. D. & diameter. A. D. C. in q̄ centrum zodiaci sit. E. & intercepto arcu. A. B. describatur circa. B. punctū. F. I. T. epicyclus & cōiungat̄ linea. E. B. F. Deturq; (uerbi gratia) distātia graduū. 60. ut similiter sicut in superioribus. A. E. B. angulus duplicatorū graduū distātia fit. 120. deducaturq; ex. D. puncto ad. B. E. lineā productā perpendicularis. D. L. & cōiungat̄ linea B. C. D. & supponat̄ lineā pductā a centro. E. ad lineā epicycli tangentē: ut maxima differētiā inæqualitatis fiat. Sitq; lineā. E. M. N. & cōiungatur lineā. B. M. Q. m̄ igit̄ A. E. B. angulus taliū supponit̄ esse. 120. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 240. erit etiā angulus. D. E. L. reliquorū ad duos rectos. 120. quare arcus etiā. D. L. taliū erit. 120. qualiū est circulus q. D. E. L. rectāgulo circūscribit̄. 360. arcus uero. E. L. reliquorū ad semicirculū. 60. chordæ quoq; suæ. E. L. qdē taliū. 60. q̄liū. D. E. diameter. 120. D. L. uero. 103.55. earūde: quare qualiū est. D. E. lineā 10.19. & D. B. similiter. 49.41. taliū erit etiā. E. L. lineā. 5.10. proxime. D. L. autē s̄l̄r 8.56. ¶ Et qm̄ si a quadrato lineæ. B. D. q̄dratū. D. L. subtraxeris reddit̄ q̄dratū. B. L. eritq; tota. B. L. lineā. 48.53. secūdū longitudinē & reliqua. E. B. 43.43. taliū q̄liū est. M. B. q̄ est a centro epicycli. 5.15. qualiū igit̄ est. E. B. diameter. 120. taliū erit. B. M. lineā. 14.25. & arcus suus. 13.48. taliū qualiū est circulus q. B. E. M. rectāgulo circūscribit̄. 360. q̄re angulus etiā. B. E. M. quo maxima inæq̄litas differētiā cōtinet / taliū erit. 13.48. qualiū duo recti sunt. 360. qualiū uero quatuor recti sūt. 360. taliū. 6.54.

Capitulum.8.



IFFET ergo i hoc distātiæ spatio inæq̄litas differētiā gra. 1.53. a q̄dib⁹ q̄ a maxima lōgitudine colligunt̄. 5.1. est autē tota usq; ad minimā lōgitudinē differētiā graduū. 2.39. q̄liū ergo ē maxima distā. 60. erit et distā gra. 1.53. taliū sexagesimarū. 42.38. & apponem⁹ i. 6. ordine ad nūer⁹ distātiæ 120. s̄l̄r in reliq; etiā partib⁹ cōputātes rursus eodē modo cepimus duarū inæqualitatū excessū & apponemus ad ueniētes numeros sexagesimas q̄ unicuiq; cōgruunt totū uero numerū. 60. numero. distātiæ. 90. graduū duplicate necessario accommodauimus/qui ē i gradib⁹. 180. in minimæ excentrici lōgitudinis/ Septimū etiā addidim⁹ ordinē/quo pgressus lunæ secūdū latitudinē ad utraq; circuli (qui p mediū signorū ē) ptē sicut i circulo (q̄ p polos eius ē) p̄tinent. hoc ē intercepti hui⁹ circuli arc⁹ iter circuli q̄ p mediū signorū ē: & obliquū lunæ circuli cui⁹ centrū ipm̄ idē ē p singulos pticu/laresq; i obliquo pgressus: usiq; sum⁹ et ad hoc: eadē demōstratōe p quā et arc⁹ cōputauim⁹ q̄ sūt iter æq̄notialē & circuli q̄ p mediū signorū ē: ei⁹ circuli q̄ ē p polos æq̄notialis ipsi⁹ sic tñ ut hic iter circuli q̄ p mediū signorū ē. & borealē aut australē obliq̄ circuli Terminū arcus circuli q̄ maxim⁹ p utrosq; polos iporū describit̄. 5. gra. fit Nā & nob (sicut & Hipparco) cōputātib⁹ p apparētia borealissimorū atq; australissimorū pgressuū tāt⁹ pxime ad utraq; zodiaci partē maxim⁹ lunæ pgressus inuēt⁹ est. oia etiā fere q̄ obseruationib⁹ lunæ uidem⁹: siue p stellas siue p instā captis: his maximis s̄m latitudinē pgressibus ad unguē ueniūt/ sicut (p ea q̄ postea demonstrabimus) cōfirmabit̄. Est autē tabula inæqualitatis lunæ uniuersaliter talis.



LIBER V

(Tabula inæqualitatis) uniuersalis

1 ^a 2 ^a		3 ^a		4 ^a		5 ^a		6 ^a		7 ^a	
Numeri Comunes		Additio ⁊ substractio Maximæ longi. veræ		Additio ⁊ substractio lōgitudinis Latitudisue		Additio ⁊ substractio excess ^o mini ^o longitudinis		Differentiæ (sexagesima rum		Latitudo lunæ)	
S.	S.	S.	M.	S.	M.	S.	M.	S.	2 ^a .	S.	M.
6	354	0	53	0	29	0	14	0	12	4	58
12	348	1	46	0	57	0	28	0	24	4	S 54
18	342	2	39	1	25	0	42	1	20	4	45
24	336	3	31	1	53	0	56	2	16	4	34
30	330	4	23	2	19	1	10	3	24	4	20
36	324	5	15	2	44	1	23	4	32	4	3
42	318	6	7	3	8	1	35	6	25	3	43
48	312	6	58	3	31	1	45	8	18	3	20
54	306	7	48	3	51	1	54	10	22	2	56
60	300	8	36	4	8	2	3	12	26	2	30
66	294	9	22	4	24	2	11	15	5	2	2
72	288	10	6	4	38	2	18	17	44	1	33
78	282	10	48	4	49	2	25	20	34	1	3
84	276	11	27	4	56	2	31	23	24	0	32
90	270	12	0	4	59	2	35	27	36	0	S 0
93	267	12	15	5	0	2	37	28	12	0	M 16
96	264	12	28	5	1	2	38	29	49	0	32
99	261	12	39	5	0	2	39	31	25	0	48
102	258	12	48	4	59	2	39	33	1	1	3
105	255	12	56	4	57	2	39	34	36	1	17
108	252	13	3	4	53	2	38	36	14	1	33
111	249	13	6	4	49	2	38	37	50	1	48
114	246	13	9	4	44	2	37	39	26	2	2
117	243	13	7	4	38	2	35	41	2	2	16
120	240	13	4	4	32	2	32	42	38	2	30
123	237	12	59	4	25	2	28	44	3	2	43
126	234	12	50	4	16	2	24	45	28	2	56
129	231	12	36	4	7	2	20	46	53	3	8
132	228	12	16	3	57	2	16	48	18	3	20
135	225	11	54	3	46	2	11	49	32	3	32
138	222	11	29	3	35	2	5	50	45	3	43
141	219	11	2	3	23	1	58	51	59	3	53
144	216	10	33	3	10	1	51	53	12	4	3
147	213	10	0	2	57	1	43	54	3	4	11
150	210	9	22	2	43	1	35	54	54	4	20
153	207	8	38	2	28	1	27	55	45	4	27
156	204	7	48	2	13	1	19	56	36	4	34
159	201	6	50	1	57	1	11	57	15	4	40
162	198	6	3	1	41	1	2	57	55	4	45
165	195	5	8	1	25	0	52	58	35	4	50
168	192	4	11	1	9	0	42	59	4	4	54
171	189	3	12	0	52	0	31	59	26	4	56
174	186	2	11	0	35	0	21	59	37	4	58
177	183	1	7	0	18	0	10	59	49	4	59
180	180	0	0	0	0	0	0	60	0	5	M 0
Inclinatio epicycli		Eccentrici		Epicycli		Epicycli		Apertioes minutoruz		Septen. Merid.	

Latitudo Borealis fue Septentriohalis.

Australis fue meridionalis latitudo


De uniuersali calculo lunari.

Cap. IX.

VANDO igitur lunaris inæqualitatis (per hanc tabulam) cõputatio/nem uoluerimus/capiemus medios lunæ motus/longitudinis/distantiæ/inæqualitatis/ac deniq; latitudinis in proposito tempore in Alexandria modo iam pridem dicto/deniq; duplicatum distantia numerum (integris inde subtractis circulis) quæremus in tabula inæqualitatis & correspondentes ipsi gradus in ordine tertio (si numerus duplicatus usq; ad.180.gra.fuerit) addemus inæqualitatis mediæ gradibus. Sin uero ultra.180.gra.fuerit. subtrahemus ab ipsis/ & huc exactũ inæqualitatis numerum rursus/in eadem tabula quæremus / & quod ipsi correspondet in ordine quarto seorsum scribemus/ & similiter differentiã quæ est in ordine quinto/postea ipsum duplicatum numerum mediæ distantiæ minimæ in eisdem ordinibus quæremus: & quot apponuntur in sexto ordine sexagesimæ: tot sexagesimas eius differentiæ sumetes (quã seorsũ scripsimus) illi semper addemus. quã in quarto inuẽtã ordinæ seorsum posuimus: collectosq; hinc gradus/ si ueræ in æqualitatis numerus.180.gradus non excedit subtrahemus a gradibus mediorum motuũ lõgitudinis atq; latitudinis. Sin aut excedit: addemus/ & collectos nũeros lõgitudinis qdẽ gradibus cõstitutæ lõgitudinis loci cõputabimus/ & lunæ uerũ motũ ibi esse dicemus. ¶ Latitudinis aut a boreali termino in eadẽ tabula quæremus/ & gradus in ordine septimo cõscriptos capiemus/ totq; gradibus dicemus lunæ centrum a circulo per medium signorum distare in maximo circulo per polos eius descripto ad septẽtrionẽ. Si numerus quo intrauimus in primis quindecim uersibus inuenit. Si uero in sequẽtib; ad meridiẽ/ ita ut primus numerorũ ordo progressum lunæ/ q est a septẽtrionẽ ad meridiẽ cõtineat. Secũdus uero e cõtra ex meridiẽ ad septẽtrionẽ.

¶ Quod nulla differentia (de qua curandum sit) fiat in coniunctionibus atq; oppositionibus penes excentricum lunæ circulum. Cap. X.

ERV M quoniã dubitare aliqui possent ne forte in coniunctionibus et ac oppositionibus & in æclipsibus quæ in ipsis accidunt/ digna curæ differentia etiã propter excẽtricũ lunæ circulũ accidat/ propterea q in ipsis non semper in ipsa maxima lõgitudine cẽtrũ epicycli præcise iueniatur. Sed possit ab eo satis magno arcu distare/ cum situs qui in ipsa maxima longitudine sunt in mediis cõiunctionibus & oppositionibus fieri perspiciantur/ ueræ aut cõiunctiões atq; oppositiones simul cũ inæqualitate utriusq; luminariũ capiantur: conabimur ostendere nullũ errorẽ (de quo curandũ sit) iuxta apparentia lunæ accideret/ etiã si omnino differentia excẽtrici circuli negligatur. ¶ Sit igitur. A. B. C. excẽtricus lunæ circulus/ cuius cẽtrũ. D. & diameter. A. D. C. in qua cẽtrũ zodiaci sit. E. & oppositũ. D. puncto sit. F. punctũ declinationis intercepto/ ab. A. maxima longitudine arcus. A. B. describatur circa. B. epicyclus. I. T. C. L. & cõiungatur. B. D. &. I. B. C. E. & B. L. F. Quoniã ergo duobus modis magnitudo inæqualitatis/ quæ accidit propter epicyclum a maxima longitudine situm/ differentiã facere potest. Vel quoniã propinquior terræ factus maiorem angulum in. E. centro cõstituat/ uel quoniã diameter in media lõgitudine maxima & minima similiter non ad. E. centrũ sed ad. F. pũctum flectatur: fuitq; maxima propter primam causam differentia quãdo etiã penes inæq; litatẽ lunæ maxima differentia est/ propter secũdam autem quãdo in maxima uel minima epicycli lõgitudine luna est: patet quia quãdo maxima distantiã penes primam causam accidit: tunc quæ penes secũdam fiebat in sensibilis omnino est. Nam cũ luminariũ in tangentibus epicyclum lineis sit/ additionẽ subtractionẽ ualde indifferentẽ facit/ fieri aut potest ut oppositio uera coniunctiõne: utraq; inæqualitatis differentia uero differentia quæ propter declinationẽ accidit maxima est/ tunc ecõuerso differentia quæ penes primã causam puenit in sensibilis est. Nulla enim inæqualitatis uel breuis omnino differentia: quãdo luna in maxima uel minima epicycli longitudine inuenitur. ¶ Sed oppositio/ uera/ cõiunctiõne sola differentia (quæ penes solarẽ inæq;



litatē capit) a media differt. Supponatur igitur. 2. 23. Maxime differentiæ gradus so-
 lem addere/ lunā uero primū etiā ipsam. 5. 1. maxime differentiæ gradus subtrahere/ ut
 angulus. A. E. B. ad utriusq; differentiæ. 7. 24. duplices gradus. 14. 48. contineat pdu-
 ctāq; ab. E. puncto linea quæ epicyclum tangat: trahatur perpendicularis. B. T. & simi-
 liter a puncto. D. ad lineā. B. E. perpendicularis. D. M. deducatur/ quoniam ergo angulus
 A. E. B. Taliū est. 14. 48. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti
 sunt. 360. taliū. 29. 36. erit profecto etiā arcus. D. M. taliū. 29. 36. qualium est circulus
 qui. D. E. M. rectangulo circūscribitur. 360. arcus uero. E. M. reliquorū ad semicircu-
 lum. 150. 24. chordæ igitur etiam suæ. D. M. quidem taliū erit. 30. 39. qualium est
 D. E. diameter. 120. E. M. autem. 116. 1. earundem: quare qualiū etiā est. D. E. quæ in-
 ter centra est. 10. 19. B. D. uero quæ est a centro excentrici. 49. 41. Taliū quoq; erit
 D. M. quidem. 2. 38. E. M. aut. 9. 59. similiter & quoniā si a quadrato. D. B. lineæ sub-
 traxeris quadratū. D. M. relinquitur quadratū lineæ. B. M. fit etiā linea. B. M. 49. 37.
 & linea. B. M. E. tota taliū. 9. 36. qualium etiā est. B. T. quæ est a centro epicycli. 5.
 15. qualiū ergo est diameter. E. B. 120. taliū etiā erit. B. T. linea. 10. 34. & arcus suus ta-
 liū. 10. 6. qualiū est circulus qui. B. E. T. rectangulo circūscribitur. 360. quare. E. B. T. Ma-
 ximæ inæqualitatis differentiæ angulus taliū erit. 10. 6. qualiū duo recti sunt. 360. qua-
 liū uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 5. 3. p. 5. 1. quæ fiunt cū epicyclus in. A. maxima
 longitudine fit inæqualitatis ergo differentiā duabus sexagesimis unius gradus: pro-
 pter hanc causam differt: quibus ne sextadecima quidem unius horæ pars continetur.

¶ Supponatur rursus luna esse in. L. media longitudine minima. ut angulus. A. E.
 B. duplices solaris inæqualitatis gradus. 4. 46. contineat: & coniuncta in simili descri-
 ptione linea. E. L. deducatur ab. L. quidem puncto perpendicularis. L. N. ex puncto
 autē. D. perpendicularis. D. M. ab. F. autē puncto ad lineā. B. E. protractam perpendicu-
 laris. F. X. similiter ergo quoniam angulus qui est in. E. taliū est. 4. 46. qualiū qua-
 tuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. taliū. 9. 32. erunt etiā utriq; ar-
 cus. D. M. & F. X. taliū. 9. 32. qualium sunt circuli qui rectangulis. E. D. M. & E. F.
 X. circūscribitur. 360. & uterq; similiter arcus. E. M. & E. X. reliquorū ad semicircu-
 los. 170. 28. chordæ igitur etiam suæ. D. M. quidē. & F. X. utraq; taliū erit. 9. 58. qua-
 liū est utraq; diameter. D. E. & E. F. 120. utraq; uero linea. M. E. & E. X. 19. 35. earū/
 dem quare qualiū est utraq; linearū. D. E. & E. F. 10. 19. D. B. autē quæ est a centro ex-
 centrici. 49. 41. taliū etiam erit utraq;. D. M. & F. X. lineā. 10. 51. utraq; uero. M. E.
 & E. X. 10. 17. earundem. ¶ Et quoniam si a quadrato lineæ. B. D. subtraxeris quadratum
 lineæ. D. M. relinquitur quadratum lineæ. B. M. erit etiam ipsa. B. M. per longitudi-
 nem. 49. 41. earundem proxime: quare. B. E. quoq; linea erit. 59. 58. & B. X. tota ta-
 liū. 70. 15. qualium linea. F. X. erat. 0. 51. & propter hoc etiam. B. F. quæ angulo
 recto subtenditur erit. 70. 15. proxime. Est autem sicut. B. F. ad utranq; linearum. F.
 X. & B. X. sic. B. L. ad utranq;. L. N. quare qualium est. B. L. quæ est a centro epicy-
 cli. 5. 15. & B. E. 59. 58. ut demonstratum est. taliū etiam erit. L. N. 0. 4. & B. N.
 earundem. 5. 15. proxime: reliqua uero. N. E. taliū. 54. 43. qualium erat. L. N. 0. 4.
 Verum quoniam propter exposita. E. L. etiam qua rectus subtenditur angulus non
 differt ab eisdem. 54. 43. colligitur hinc quod qualium etiam est ipsa. E. L. dia-
 meter. 120. taliū erit linea. L. N. 0. 8. proxime: & arcus suus taliū rursus. 0. 8.
 qualium est circulus qui rectangulo. E. L. N. circūscribitur. 360. Quare angulus
 quoq;. B. E. L. quo luna differt penes declinationem ad. F. Taliū erit. 0. 8. qua-
 liū duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. taliū erit. 0. 4.

Ita etiam hic quatuor sexagesimis differentia penes inæqualitatem lunæ differt
 quæ nullum errorem de quo curandum sit in apparentibus coniunctionis opposi-
 tionisq; faciunt: cum uix octauam unius horæ partem colligere possint/ quantum
 in ipsis etiam obseruationibus sepius errare mirum non est. Hæc diximus non quia
 possibile non sit: has etiam differentias (quamuis minimæ sint) in oppositionibus
 & coniunctionibus computare. Sed quia ostendere uoluimus non comisisse nos in
 expositis lunarium eclipsium demonstrationibus errorem sensibilem: propterea
 quod non sumus usi excentricitatis ratione/ quam adimpleuimus postea.

¶ De aspectibus

De aspectibus diuersitatis lunæ.

Cap. II.



AEC FERME sunt quæ ad inueniendos ueros lunæ progressus adhibetur. Verum cum accidat ut neq; ad sensum quidem apparet lunæ progressus idem cum uero sit, quoniã terra non sit (ut diximus) quasi punctum ad distantiam orbis eius/conséquens necessariumq; profecto est/cũ aliorum apparentium causa cum maxime illorum quæ in solaribus apparent eclipsibus/de diuersitate aspectuum eius dicere. Vnde poterimus per ueros progressus qui ad terræ & zodiaci circuli cẽtrũ intelligũtur: eos qui sunt a uisu cementium/hoc est (qui ab aliqua terræ superficie aspiciũtur) diiudicare: & contrarium rursus ueros ab apparentibus. Cum autem ad hanc considerationẽ sequatur ut nec particulares diuersitatis aspectuum quãtitates possint inueniri/nisi distãtiã proportionẽtur: nec distãtiã pportio nisi aliq; diuersitatis aspectus habeat. In his quẽ quæ nullũ diuersitatis aspectũ sensibilẽ habẽt/atq; uidelicet terra quasi punctũ est: distãtiã pportione capere possibile nõ est. In his autẽ in quibus diuersitas aspectuũ est/sicut in luna solũ modo fit/ut diuersitate aliqua primũ aspectus habita distãtiã pportio inueniat/ p pterea q; diuersitas huiusmodi etiã p se ipsam p obseruationes accipitur. Distãtiã uero quãtitates minime. Quãuis Hipparcus a sole id conetur inuenire. Nã qm̃ a quibusdã aliis soli lunæq; accidẽtib; de quibus postea uerba faciemus. Sequitur data unius lunaris distãtia/alterius etiã distãtiã dari/ideo conat̃ quasi p cõiecturas habita solis distãtia/lunæ distãtiã demonstrare. & primo quẽ minimũ sensibilẽ diuersitatis aspectũ in sole fieri supponit/ut hinc distãtiã eius capiat/ deinde p eclipsim etiam quã exponit: modo quasi nullus sensibilis sit in sole diuersitatis aspectus/modo q̃si magis sit/uerba facit. Vnde pportiones quoq; distãtiã lunæ diuersã (fm unãquãq; suppositionũ uarietatẽ) inuẽtas ibi uidemus/cũ dubiũ de sole penitus sit/ nõ solum quãtum diuersitatis aspectum habeat: uerũ etiam si omnino aliquem habeat.

De constructione instrumenti quo aspectus diuersitas capitur.

Cap. II.




SOS VERO ne aliqd in hac cõsideratione incerti assumamus /instrumentũ cõstruximus/quo exacte admodũ obseruare possimus quãtum & a quãta distãtia uerticis aspectus lunæ uariat̃ in maximo circulo/q; p polos horizõtis & lunæ ipsius describit̃. **C**Duas enim regulas quadrilateras fecimus nõ minores p lõgitudinẽ quatuor cubitis/ut plures possint in eis partes signari/craffitudinẽ mediocrem p lõgitudinẽ flectãtur: sed optime recteq; p quolibet latus tẽdantur/deinde rectas descripsimus lineas p mediũ lateris utriusq; regulæ addidimusq; in utrisq; extremitatibus alterius regulæ tabellas quadratas rectas in ipsa media linea æquales atq; parallelas / quarũ utraq; in medio exactũ habet foramẽ/alterũ minus ad quod uisus accõmodat̃. Alterũ quod ad lunã est ita maiusculũ/ut cũ unus oculus tabellã q; minus habet foramẽ apponat̃/possit p alterum foramẽ recte oppositũ tota pspici luna/æqliter igitur utraq; regulã p mediũ linearũ in extremitatibus alterius iuxta tabellã quæ maius foramẽ habet pforauimus p clauum ita p utraq; imisimus/ut & regularũ latera quæ ad lineas sunt quasi a cẽtro ab ipso cõnecterentur/& regula quæ tabellas habet recte possit undiq; circũduci. Alterã uero quæ tabellas nõ habet in basi sua firmauimus: deinde in media utriusq; linea ad excẽtricitatis iuxta basim/pũctã cõcipimus æqualiter & quã plurimũ a cẽtro quod est in clauo distãtia/linẽaq; regulæ basim habẽtis determinatã in .60. partes partiti sumus/harũq; quãlibet (in quã plures potuimus portiones) Apposiuimus autẽ post hãc ipsam regulã ad extremitates paxillos ad earũdẽ partiũ latera/in eadẽ linea recta inter se positos & æqualiter ab eadẽ media linea undiq; distantes/ut perpendiculari p ipsos depẽdẽs possit regula recta/& indeclinabilis ad horizõtis superficiẽ collocari. Captãq; meridia lineã & in parallela horizõtis superficie ptractã: instrumentũ in loco nõ tenebroso/rectũ ita statuimus ut regularum latera quibus inter se ipsas a clauo cõnectũtur ad meridiẽ cõuerterẽtur/parallelãq; fierẽt lineã meridianã iam captã & regula (quæ basim habet) recta absq; ulla declinatione ac firmiter staret. Altera uero mediocriter clauo coartata in superficie meridiani circũducef. Apposiuimus autẽ et ali-

Almage.

g

Instrumentum trium regularum siue triquetrum.



vide ioãnem de Mõte regio in propositione.13. huius.

am regulam paruulã subtilẽ & rectã accõmodatã paruo clauo ad extremitatem diuisã lineã iuxta basim ita ut circũducatur quã peruenire possit usq; ad maximã remotionẽ æqualiter distantis extremitatis lineã alterius regulã: ut quãdo circũducitur possit ostẽdere distãtiã/ quã inter duas extremitates facta est: deinde hoc modo lunã obseruationes in pgressibus q; sũt in ipso meridiano & iuxta solstitialia puncta circuli q; p mediũ signorũ est faciebamus/ circuli enĩ qui in huiusmodi habitudine p horizontis & centri lunã polos maximi describũtur/ iĩdẽ p xime sũt illis qui per polos zodiaci describũtur ad quos pgressus lunares pspiciũtur/ & uera a puncto uerticis distãtia p hoc p se a facile potest haberi. Mouẽtes igitur regulã quã tabellas habet ad lunã in ipfis meridianis pgressibus/ donec per utraq; foramina per mediũ maioris foraminis cẽtrũ eius pspiceretur/ & notãtes in tenui regula distãtiã quã fit inter extremitates linearũ quã in regulis sunt/ & ipsam distãtiã cõferẽtes cũ linea rectã regulã/ quã in .60. partes fuit diuisa inuenimus quot portionũ est linea prædicte distãtiã taliũ qualiũ est quã est a cẽtro circuli qui a circũductione in meridiani superficie describitur. 60. captoq; arcu q; per tantã subtẽditur lineã habebamus pspẽctũ lunã cẽtrũ a puncto uerticis p hũc arcũ distare in circulo q; p polos horizontis & ipsius maxime describitur/ q; tũc idẽ & meridiano fiebat q; meridianus p æquõctialis polos & zodiaci describitur. Vt igitur maximũ lineã latitudinis pgressum q; exactissime sciremus/ usi tũc hac pspẽctione instrumentali sumus: quãdo maxime in æstiuali tropico ipsa fuit & ad hãc in ipso obliq; circuli borealissimo termino. Tũc quã in his punctis p satis magnã distãtiã: idẽ sũt sensum lunã pgressus determinat/ tum quã cũ luna ad ipsũ uerticis punctũ p xime tũc puenisset: eadẽ p xime in Alexandriã parallelo: Vbi obseruationes nobis factã sunt/ apparẽtẽ sitũ cũ uero faciebãt. Inueniebatur igitur in huiusmodi pgressibus cẽtrũ lunã semper a puncto uerticis distare duobus gradibus & octaua p xime pte unius gradus. Vt et p hãc inuestigationẽ quinq; graduũ maximũ eius sũt latitudinẽ ad utraq; circuli partẽ q; p medium signorũ est progressus esse demonstrat/ quibus fere qui sunt a puncto uerticis ad æquõctialẽ in Alexandria demonstrati gradus. 30. 58. excedũt eos q; sunt ab æquõctiali ad æstiuale tropicum gra. 23. 51. duobus & octaua sũt super parte subtracta. Verũ ut etiam cõsiderationem diuersitatis aspectũ faceremus/ obseruauimus rursũ eadẽ modo lunã cũ in brumali puncto tropico esset partem propter prædicte partem quia cum maxime tunc sicut in simili meridiano progressus a puncto uerticis distet: diuersitatem etiam aspectus maiorem facilio remq; cognitu facit/ sed a pluribus diuersitatis aspectibus quos in huiusmodi pgressibus obseruauimus. Vnum rursũ exponemus per quem & modum cõputationis aperiemus/ & reliquorum demonstrationem consequẽter ad futura faciemus.


☾ Lunarium distantiarum demonstratio.

Cap. XIII.




BSERVAVIMVS igitur in uigesimo Adriani anno Athyr sũt ægyptios. 13. post meridiẽ horis æqualibus. 5. 50. (sole iam occidẽte) lunam in meridiano fuisse perspiciẽbaturq; nobis p instrumẽtũ gra. 50. 55. a puncto uerticis cẽtrũ eius distare. Distãtia enĩ q; in tenui regula fuit taliũ erat. 51. 35 qualiũ circulus est. 360. Sed a tẽpore cõstituto a primo Nabonassari anno usq; ad expositã obseruationẽ tẽpus annoꝝ est ægyptiacorũ. 882. & dieꝝ. 72. & horarũ æqualium simpliciter qdẽ. 5. 50. exacte uero. 5. 20. in quo tẽpore solẽ inuenimus medio quodẽ motu in gradibus librã. 7. 31. exacte uero. 5. 28. Lunã autẽ medio motu in sagittariĩ gradibus. 25. 44. & distãtiã graduũ. 78. 13. Gradus autẽ a media lõgitudinẽ maxima epicicli. 262. 20. A boreali uero latitudinis termino gradus. 254. 40. Quapropter distãtia etiã in æqualitatis undiq; diligẽterq; collecta. 7. 26. gradus addebat. Sic itaq; rursũ etiã lunã situs ea hora obtinebat p lõgitudinẽ qdẽ capricorni gra. 3. 10. p latitudinẽ autẽ in obliquo qdẽ circulo a boreali termino gra. 26. In eo autẽ q; est per polos zodiaci q; idẽ p xime cũ meridiano tũc erat a circulo q; per mediũ signorũ est ad septentrionẽ gra. 4. 59. Distãt autẽ capricorni quidẽ gra. 3. 10. ab æquõctiali ad meridiem in eodẽ circulo gradibus. 23. 49. æquõctialis uero a puncto Alexandrini uerticis ad meridiem similiter gra. 30. 58. quare cẽtrũ lunã distabat exacte a puncto uerticis gradibus. 25. 48. & perspiciẽbatur distare. 50. 55. Luna ergo sũt distãtiã progressus expo-

fiti unius gradus & septē sexagesimarū diuersitatis aspectuū habuit in circulo maxi-
mo, q̄ per polos horizōtis & ipsam describit̄ / cū exacte a pūcto uerticis gradibus. 49.
48. distātia. **C** His hoc modo expositis describatur in superficie illius q̄ p̄ polos Lu-
næ ac horizōtis est maximi circa idē cētrū circuli. Terræ q̄dē maximus circulus. A. B.
Circulus uero p̄ cētrū Lunæ in obseruatiōe. C. D. & ille ad quē terra quasi punctū est
F. I. T. fitq; cōmune omniū cētrū pūctū. C. & fit linea quæ p̄ puncta uerticis trāsit. C.
A. C. E. & supponat̄ Luna esse in pūcto. D. distās exacte a. C. pūcto uerticis / exposi-
tis gradibus. 49. 48. & cōiūgātur lineæ. C. D. I. & A. D. T. & hæc a pūcto quod uisu
p̄spiciētur. E. deducat̄ p̄pēdicularis q̄dē ad lineā. C. B. lineā. A. L. æquidistās uero li-
næ. F. I. lineā. A. F. Per spiciuū igit̄ est q̄ luna p̄ arcū. I. T. aspectū ex. A. perspiciētū
immutauit. Erit igitur hic arcus gradus unius & sexagesimarū septē / ut p̄ obseruatio-
nē perspeximus. Sed qm̄. F. T. arcus in sensibili differētia maior est quā arcus. T. I. p̄
pterea quod tota terra quasi pūctū est ad. E. F. I. T. circulū / erit etiā arcus. F. I. T. eorū
dē. 1. 7. proxime / quare angulus quoq; F. A. T. quoniā rursus. A. pūctū nō habet sensi-
bilē differētiā / sed quasi cētrū est ad circulū. F. T. taliū erit. 1. 7. qualium quatuor recti
sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 2. 14. Est aut̄ isti æqualis angulus. A.
D. L. eorū dē. 2. 14. erit ergo arcus. A. L. taliū. 2. 14. qualium est circulus qui. A. D. L. re-
ctāgulo circūscribitur. 360. ipsa uero lineā. A. L. taliū. 2. 21. qualiū est. A. D. diameter
120. Sed hac indifferenter. L. D. lineā minor est quare qualiū est. L. A. lineā. 2. 21. taliū
etiam erit. L. D. lineā. 120. proxime / Rursus quoniā. G. D. arcus graduum esse sup-
ponit̄. 49. 48. erit etiam. G. E. D. angulus qui est in centro circuli taliū. 49. 48. q̄li-
um quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. taliū. 99. 36. quare ar-
cus etiā. A. L. taliū est. 99. 36. qualiū est circulus qui. A. L. C. rectāgulo circūscribitur
360. arcus uero. L. C. reliquorum ad semicirculū. 80. 24. ergo chordæ quoq; suæ. A.
L. q̄dē taliū erit. 99. 31. qualium est. A. C. diameter. 120. L. C. autē earū dē. 77. 27. qua-
re si posuerimus. A. C. lineā quæ a centro terræ esse unius / qualis ipsa unius est / taliū
erit. A. L. o. 46. & C. L. similiter. o. 39. sed qualium erat. A. L. lineā. 2. 21. taliū. L. D. li-
neā fuit demonstrata. 120. quare qualiū est. A. L. lineā. o. 48. Taliū erit etiam lineā
L. D. 39. 6. Erat autē etiā earū dē. C. L. quidem lineā. o. 39. C. A. uero quæ est a cētro
terræ unius / quare qualis unius est. C. A. quæ est a centro terræ. Taliū etiam erit. C.
L. D. tota quæ lunæ distantia in ea obseruatione continebat. 39. 45.



H I T A demōstratis fit. A. B. C. excētricus lunæ circulus / cuius cen-
trū. D. & diameter. A. D. G. In qua capiatur. E. punctū pro cētro circuli
qui per mediū signorū est / & F. pro declinationis epicycli pūcto / descri-
ptoq; circa. B. pūcto. I. T. C. L. epicyclo cōiungantur lineæ. I. B. T. E. &
B. D. & B. C. F. supponaturq; luna in exposita obseruatione fuisse in
pūcto. L. & cōiūgātur lineæ. L. E. & L. B. deducāturq; ad. B. E. lineam p̄ductā ex. D.
quidē pūcto p̄pēdicularis. D. M. ex. F. aut̄ p̄pēdicularis. F. N. quoniā igit̄ in tēpore
obseruationis distantia graduum numerus erat. 78. 13. erit etiā p̄pter predicta / angulus
quidem. A. E. B. taliū. 156. 26. qualiū quatuor recti sunt. 360. Vterq; uero Angulus
F. E. N. & D. E. N. reliquarum ad duos rectos. 23. 24. qualiū uero duo recti sūt. 360.
taliū. 47. 8. quare arcus quoq; uterq; D. M. & F. N. taliū: Taliū erit. 47. 8. qualiū
sunt circuli qui rectangulis dictis circūscribitur. 360. p̄pterea q̄ æqualis est lineā. D.
E. lineæ. E. F. Arcus uero uterq; E. M. & E. N. 132. 52. earū dē / quare chordæ etiā suæ
utriq; D. M. & F. N. taliū sunt. 47. 59. qualium utraq; diameter. D. E. & E. F. 120.
utraq; uero. E. M. & E. N. 110. earū dē / quare qualiū ē utraq; lineā. D. E. & E. F. 10. 19.
& D. B. quæ est a centro excētrici. 49. 41. taliū etiā erit utraq; q̄dem lineā. D. M. &
F. N. 4. 8. utraq; uero. E. M. & E. N. 9. 27. earū dē / & qm̄ si a quadrato. B. D. subtraxe-
ris quadratū. D. M. relinqtur quadratū. B. M. habebimus etiā totā. B. M. earū dē per
lōgitudinē. 49. 31. & B. F. similiter. 40. 4. & reliquā etiā lineā. B. N. taliū. 30. 37. q̄li-
um erat lineā. F. N. 4. 8. **C** Et qm̄ (quæ ab ipsis fuit quadrata) si cōponantur / faciunt
quadratū. B. F. Habebimus et̄ lineā. B. F. qua rectus subtēdit̄ angulus eorū dē. 30. 54.
p̄ lōgitudinē / quare qualiū est. B. F. diameter. 120. taliū erit lineā. F. N. 16. 2. Arcus ue-
ro suus taliū. 15. 21. qualiū ē circulus qui rectāgulo. B. F. N. circūscribitur. 360. Quare
angulus quoq; F. B. N. taliū erit. 15. 21. qualium duo recti sunt. 360. Qualium uero



quatuor recti sunt. 360. talium. 7. 40. pxime/ tot ergo. T. C. arcus epicicli graduū est. **C** Rursus qm̄ Luna in tēpore obseruationis distabat a media lōgitudine maxima epicicli gradibus. 262. 20. ex. C. autē media lōgitudie minima reliquos uidelicet post semicirculum gradus. 82. 20. Erit etiā arcus qdē. C. L. graduū. 82. 20. Totus uero. E. C. L. 90. rectus ergo est angulus. T. B. L. quare qm̄ qualiū est. B. D. quæ est a cētro excen trici. 49. 41. B. L. uero quæ est a cētro epicicli. 5. 15. taliū ē. E. B. fuit demōstrata. 40. 4. & qm̄ quadrata islarū cōposita faciūt quadratū. E. L. Habebimus etiā. E. L. per lon gitudinē. 40. 25. earūdē. Distātia ergo Lunæ in obseruatione taliū fuit. 40. 25. quali/ um. B. L. quæ est a centro epicicli. 5. 15. & ea quæ est a cētro terræ ad maximā excentri ci lōgitudinē. 60. & E. C. quæ est a cētro terræ ad minimā excentrici lōgitudinē. 39. 22. **C** Sed distātia lunæ in obseruatiōe hoc est linea. E. L. taliū demōstrata est. 39. 45. qualis est unius quæ est a cētro terræ. ergo qualiū est. E. L. linea lunaris i obseruatiōe distātiæ. 39. 45. & quæ est a cētro terræ unius taliū ē. erit. A. E. qdē linea distātiæ me/ dia cōiūctionū atq; oppositionū. 59. 0. E. C. uero mediæ quadraturarū distātiæ. 38. 43. & linea q̄ ē a cētro epicicli. 5. 10. earūdē quæ nobis erat demōstranda. Hoc modo lunaribus distātiis demōstratis seqtur iā ut solarē ē distātiā demōstremus/ quod faci le p̄ lineas demōstrat/ si ad distātiās lunares i oppōnib; & cōiūctiōibus q̄titates quoq; anguloꝝ q̄ cōstituūt tēpore ipsarū i uisu a diametris solis ac lunæ & umbræ dabūt.


C De q̄titate diametror; solis & lunæ & umbræ/ quæ in cōiūctionibus & oppōnib; perspiciuntur. Cap. XIII.



M E T E R A S ergo huius cōsideratiōes uias/ quæ aut aquæ mensuris/ aut p̄ tēpora æquocitaliū ortuū lumariū mēsurā uenātur (qm̄ nō itegre pōt p̄ eas ppositū inueniri) repulimus. Cōstruximus autē ēt ipsi dioptram qua/ tricubitalis regulæ/ quā Hipparcus subostendit p̄ eaq; obseruātes solis qdē diame/ trū ab eodē angulo pxime ubiq; cōtineri inuenimus. Nulla sensibilis differētia (de qua curādū sit) a distātiis eius facta. Lunæ uero tūc solūmodo ab eodē angulo conti neri quo solis cōprehēdimus: qm̄ in oppositiōnibus p̄ maximā a terra distātiā distat cū in maxima epicicli & nō in media fit lōgitudine/ cōgrue cōsequēterq; ad superio res rationes/ ad hæc angulos quoq; ipsos nō parū minores q̄ traditi sint inuenimus/ nō tñ regulæ mēsurā sed p̄ quasdā lunares eclypses hæc cōputauimus/ nā quādoq; dē æqualis angulus ab utraq; diametro subtēdit/ facile p̄ regulæ p̄structionē pōt cogno sci/ nulla enim in hoc mēsuratiōe opus est. Quātus uero subtēdatur ambiguū ual/ de nobis uidef. Mēsuratiō enim quæ fit in pluribus huc & illuc remotiōnibus obie/ ctā latitudinis sup̄ regulæ lōgitudinē quæ est a uisu ad tabellā in errorē pōt ab exa/ ctā ueritate abducere. Verū qm̄ semel luna in maxima eius distātia p̄spiciebat/ æqua lē i uisu angulum solari angulo facere/ p̄ eclypses lunares in hac distātia obseruatas. Magnitudinē anguli ab ea subtēsi cōputātes: hinc & solarē demōstratū tenebamus. Cuius inq̄sitiōnis modū/ duabus rursū eclypsisibus facillē intellectu faciemus. **C** Quī to igit̄ anno Nabopollaffari qui est cētesimus uigesimus septimus a Nabonassaro Athyr (fm̄ ægyptios) die. 27. Vigesima octaua sequēte/ iuxta horā undecimā finem cōepit Luna in Babylone deficere: & defecit quarta maxime pars diametri ab austro Quoniā igit̄ eclypsis initiū post mediā noctē quinq; horis tēporalibus fuit. Mediū uero tēpus sex horis pxime quæ sunt tūc in Babylone. 5. 50. æquales. Sol enim erat in. 27. 3. gradibus Arietis/ patet qa mediū eclypsis tēpus fuit quando plurimū diame tri Lunæ in umbrā incidit. In Babylone qdē post mediā noctem horæ. 5. 50. æquali/ bus. In Alexādia uero. 5. solūmodo/ & est tēpus a locis cōstitutis annoꝝ ægyptiaco/ rū. 26. & dieꝝ. 86. & horar; æqualiū simpliciter qdē. 17. exacte uero si ad dies æqua tos reduxeris. 16. 45. quare medius fm̄ lōgitudinē Lunæ motus. 25. 32. libræ. gra. obti nebat. Ver; at. 27. 5. At uero ille q̄ ē a maxima epicicli lōgitudie graduū erat. 340. 7. a borealiū termino in obliquo circulo gra. 80. 40. **C** Perspicuū ergo ē qa qm̄ gra. 9. 3. cētrū Lunæ distat a nodis i obliquo circulo/ qm̄ i maxima fit distātia/ sitq; cētrū um bræ i maximo circulo q̄ p̄ cētrū Lunæ ad rectos angulos in obliquo describit̄. Secun dū quē sitū maximæ fiūt obtenebratiōes/ tūc q̄rta pars diametri lunæ i umbrā idicit.

C Dioptra instrumentum est Astrolabicum ad altitudines stellarum capiendas.

¶ Rursus in septimo anno Cambiiffæ qui ẽa Nabonaffaro.225.(Phamenoth fm Aegyptios) die.17.sequẽte.18.ante mediã noctẽ hora.1. Defecit in Babyllone me/ dia pars diametri lunæ a septẽtrione.Fuit ergo in Alexãdria hæc eclipfis ante mediã noctẽ horis æqualibus.1.50.pxime/& sunt anni a cõstituto tẽpore.224.ægyptia/ ci & dies.196.& æquales horæ simpliciter qdẽ.10.10.exacte uero.9.50.¶ Sol enim erat in cancri gra.18.12.¶ Quare luna quoq; fm lõgitudinẽ medio qdẽ motu.20.22 Capricorni grad.obtinebat/exacte uero.18.14.¶ Distabat autẽ etiam a maxima epi/ cicli lõgitudine gra.28.5.Aboreali uero obliqui circuli termino gra.262.12. Quare hĩc quoq; patet/qa quãdo cẽtrũ Lunæ.7.48.a nodo distat in obliquo circulo/cũ in ea/ dẽ maxima lõgitudine Luna fit.Vmbræq; cẽtrũ eundẽ situm ad ipsam habeat.Me/ dia tũc lunaris diametri pars in umbrã incidit.Sed quãdo cẽtrũ Lunæ.9.3.grad.in obliquo circulo distat a nodo/tũc distat a circulo q p mediũ signorũ est in maximo circulo/q ad rectos obliquo angulos p ipsũ cẽtrũ describit.¶ Vnius grad.sexagesimas 48.30.Quãdo uero.7.48.gra.in obliquo circulo distat a nodo/tũc distat a circulo q p mediũ signorũ est/maximo circulo q per ipsum Lunæ cẽtrũ ad rectos obliquo de/ scribit sexage.30.unius gra.40.40.¶ Quoniã igitur excessus duarũ eclipfiũ qĩ/ tam lunaris diametri partẽ cõtinet/excessus autẽ duarũ distantiarũ quas proposuimus quibus centrum eius a circulo q p mediũ signorũ est hoc est ab umbræ cẽtro distabat 7.50.sexagesimarũ unius gradus/patet qa tota Lunæ diameter subtendit arcum ma/ ximi circuli.31.20.sexagesimarũ gra.unius.Hic etiã facile intellectu est q; linea quæ est a cẽtro umbræ q fit in eadẽ maxima lõgitudine lunæ.40.40.unius gũdus sexagesi mas subtendit.Nam quando centrum Lunæ totidem sexagesimis distabat ab um/ bræ centro;tunc umbræ circulũ tãgebat.Propterea q; media lunaris diametri pars defecit.In sensibili autẽ atq; indifferẽti minor est q; dupla/& ad hæc tribus quĩtis ma/ ior semidiametro Lunæ quæ est sexagesimarũ.15.40.Sed pluribus etiã huiusmodi obseruationibus cõsonas pxime inuenimus expositas quãtitates/atq; ideo tum ad alia quæ ad eclipfes pertinet/ipsis usi sumus/tum etiã nũc ad demõstrationẽ solaris distãtiæ/tantam enim fere inuenimus/quãtã etiam Hipparcus secutus est:nam circu li solis Lunæ terræq; qui a conis continetur:indifferẽte quodam minores sunt q; cir culi qui maximi in spheris ipsorũ describuntur/& diametri q; diametri similitur.



bis ex appposito medio Lunæ per latitudinem motu in periodicis coniunctionibus atq; oppositionibus hæc consideratio fit. ¶ In antecedente igitur libro demonstratum a nobis est quod lunæ diameter subterdit arcum circuli qui in maxima luna distantia in centro zodiaci maximus describitur sexagesimarum unius grad. 31. 20. idq; per duas eclipses in maxima epicicli longitudine factas computauimus. ¶ Nunc uero quoniam maximus eclipsarum coniunctionum atq; oppositionum terminos inuenire uolumus quod fuit quoniam luna in minima epicicli longitudine est per duas rursus eclipses in minima longitudine obseruatas. Tutius enim est per ea quæ apparent ista demonstrari: quatum etiam hic arcus diameter lunæ subterdat similiter demonstrabimus. ¶ In .7. igitur anno Philometoris quod est .574. a Nabonassaro/Phamenoth (scilicet ægyptios) die .27. sequente .28. ab incipiente octaua hora ad decimam usque desinente Alexandria luna defecit plurimum a septentione digitis .7. quoniam igitur medium tempus fuit post mediam noctem horis temporalibus .2. 30. quæ fuerunt æquales .2. 20. ¶ Sol enim exacte .6. 4. Tauri grad. obtinebat: colligiturque a constituto tempore Nabonassari usque ad mediam eclipsim tempus annorum ægyptiacorum .573. dierum .206. & horarum æqualium simpliciter quod est .14. 3. ad dies autem æquatos .14. solū. In quo tempore lunæ centrum mediæ .7. 41. Scorpionis gradus obtinebat. Exacte autem .6. 16. & a maxima epicicli longitudine grad. 163. 40. Aboreali autem obliqui circuli termino grad. 98. 20. perspicuum est quia quoniam luna centrum .8. 20. a nodo gradibus in obliquo circulo distat: cum sit ipsa in minima distantia umbræque centrum sit in circulo maximo quod ipsam distantiam per rectos angulos ad obliquum circulum describit. In quo transitu maximæ lunæ obscuritates efficiuntur. Tunc mediæ & .12. diametri eius pars in umbram incidit. ¶ Trigesimo septimo rursus anno tertia scilicet Calippum periodo quod est .607. a Nabonassaro Tybi scilicet ægyptios die .2. sequente tertio incipiente hora quinta in Rhodo luna cepit deficere obscurataque fuit plurimum ab austro digitis tribus quoniam igitur etiam hic eclipsis initium ante mediam noctem fuit per duas horas temporales quæ in Rhodo & in Alexandria fuerunt æquales .2. 20. propterea quod sol .5. 8. grad. Aquarii exacte obtinebat. ¶ Et medium tempus in quo maxima obscuratio fuit ante mediam noctem horis .1. 50. Aequalibus proxime colligitur a tempore nobis constituto usque ad mediam eclipsim tempus annorum ægyptiacorum .606. & dierum .121. & horarum æqualium tam simpliciter quod ad dies æquatos .10. 10. in quo tempore lunæ centrum medio motu .5. 16. & exacte .5. 8. Leois grad. obtinebat & a maxima epicicli longitudine grad. 178. 46. Ab boreali autem obliqui circuli termino grad. 280. 36. perspicuum etiam hinc est quia quando .10. 36. grad. centrum Lunæ in obliquo circulo distat a nodo cum ipsa sit in eadem minima distantia: & umbræ centrum commune obtinebat sectione circuli qui per medium signorum est: & circuli qui per centrum lunæ maximus: ad rectos angulos obliquo describitur. Tunc quarta pars diametri lunaris in umbram incidit. Sed quoniam .8. 20. grad. a nodo centrum lunæ in obliquo circulo distat. Tunc quoque distat a medio signorum sexagesimis .43. 20. unius grad. in circulo qui per polos eius maximus describit. ¶ Quando autem grad. 10. 36. in obliquo circulo distat a nodo. Tunc distat a circulo qui per medium signorum est .54. 50. unius gradus sexagesimis in circulo qui per polos eius maximus describit. quoniam igitur duarum eclipsium excessus tertia lunaris diametri partem continet: excessus autem expositarum distantiarum centri eius in eodem maximo circulo a puncto circuli qui per medium est ab umbræ uidelicet centro sexagesimarum unius grad. est .11. 47. Patet quod etiam tota diameter lunæ subterdit arcum maximi circuli qui circa centrum zodiaci in minima eius distantia describitur sexagesimarum unius grad. 35. 20. proxime ¶ Verum quoniam in secunda etiam eclipsi in qua lunaris diametri pars quarta defecit centrum lunæ a centro quidem umbræ distabat sexagesimis .54. 50. a puncto uero quo linea centra coniungens arcum umbræ secat quarta lunaris diametri parte hoc est sexagesimis .8. 50. ¶ Perspicuum hinc est quia etiam linea quæ est a centro umbræ in minima lunæ distantia relinquitur sexagesimarum .46. & est (in differente quodam.) Maior quam dupla & tribus quintis quam illa quæ est a centro lunæ quæ est sexagesimarum .17. 40. ¶ Sed linea est quæ est a centro solis subterdit similiter arcum circuli qui per ipsum (circa centrum zodiaci) maximus describitur sexagesimarum .15. 40. æqualiter enim & sol & luna priores circulos in maxima distantia coniunctionum atque oppositionum metiri demonstrati sunt. ¶ Quando ergo apparens lunæ centrum in utraque parte circuli qui per

G	M	2
I	31	20

Deliquium ☾

☉ 6 15 8

Defectus ☽



mediū signorū est/diflat a centro solis unius gra.sexagesimis.33.20.quæ sunt a cetro
 utriusq; luminaris/tūc primū possibile est apparentē sitū lunæ in contactu solis fieri.
 ¶ Veluti si intelligamus circuli quidem qui per mediū signorum est arcum.A.B.
 obliqui uero lunaris arcum.C.D.æquidistantes ad sensum peruenire usq; ad eclipti
 corū temporū transitus/describamusq;A.E.C.maximi circuli arcum per polos obli
 qui/intelligamusq; solis semicirculū esse circa punctū.A.& apprens lunæ centrū es
 se in.E.Vt primum solaris semicirculus in.F.puncto a lunari tangitur arcus.A.E.quo
 E.apprens lunæ centrū ex.A.solari distat/potest aliquando fieri/partium dictarum
 0.33.20.Sed a Meroe ubi maximus dies.13.horarum æqualiū est/usq; ad hostia boy
 stenis ubi maximus dies est horarum æqualium.16.ad septētrionem quidem maxi
 ma lunæ (in minima coniunctionum oppositionumq; distantia) aspectus diuersi
 tas est.0.8.proximæ solari diuersitate simul computata/ad meridiem uero maxima
 similiter.0.58.est autem etiā maxima (fm longitudinem) diuersitas quandoquidē
 ad arcus diuersitas est.0.8.In Leone & Gemini.0.30.proxime/quando autē ad me
 ridiem.0.58.in Scorpione atq; in Piscibus.0.15.proxime. Si ergo uerum Lunæ cen
 trum in.D.puncto esse supposuerimus/& protraxerimus lineā.D.E.totius diuersi
 tatis:erit lineā.D.C.diuersitatis fm longitudinem proxime/Linea uero.C.E.diuer
 sitatis/fm latitudinem/quare quādo luna est septētrionalis a sole/habetq; ad meri
 diem maximā diuersitatem.D.C.qdem erit.0.15.A.E.C.autē grad.1.31.proxime/&
 quoniā pportio arcus a nodo ad punctū.C.ad arcū.C.A.qui est p eclipticorū termi
 norū distantiā/est proportio quā habēt.11.30.ad.1.quod facile intelligitur per demon
 strationes de lunaris circuli declinatione factas. ¶ Erit etiā hic ipse a nodo ad pun
 ctum.C.gra.17.26.cū ipso uero.D.C.17.41.eorūdem/quādo autē meridionalis est
 a sole maximāq; ad septētrionē habet diuersitatē/tūc.D.C.qdē erit.0.30.A.E.C.ue
 ro tota.0.41.Et propter hoc arcus a nodo ad punctū.C.gradiū.7.52.& cū arcu.C.D.
 toto.8.22.eorūde. quādo igitur exacte centrū lunæ a quo uis nodo in obliquo circu
 lo ad septētrionē quidē distat gradibus.17.41.Ad meridiem uero gra.8.22.Tunc pri
 mum in expositis nostri orbis regionibus possibile erit apparentem eius situm ad cō
 tactum solis fieri. ¶ Rursus quoniā maxima solaris inæqualitatis differentia.2.33.
 gradus demonstrata est:lunaris uero quæ in oppositiōibus & cōiunctionibus accidit
 7.24.gradibus distare a sole.Sed in quo tempore hos grad.luna pertransit in eo sol
 tus.0.34.pertransit in eo etiam sol tertiamdecimam istorū partem hoc ē.0.3.proxi
 me pertransibit/quorum tertia decima pars non est digna de qua quæramus. Si er
 go hæc ad idē cōgregauerimus & facta.0.37.quæ sunt duodecima pars gra.a princi
 cipio sumptorū.7.24.solaris inæqualitatis gradibus.2.23.addiderimus: habebimus
 grad.tres quibus maxime ueri longitudinis & latitudinis motus proximæ different
 a motibus mediis coniunctionum atq; oppositionum.Quare quando medius cen
 tri lunæ motus in obliquo circulo distabat a nodis ad septētrionē quidem grad.20.
 41.ad meridiem uero.11.22.Tunc primum expositis regionibus possibile erit appa
 rentem eius situm ad cōtactum solis accedere.Et propter hæc quando a boreali obli
 qui lunæ circuli termino gradiū numerus q periodicis cōiunctionibus atq; oppōni
 bus adiacet incidit in gradus q sunt aut a.69.19.usq; ad.101.22.aut a.158.38.usq; ad
 290.41.Tunc solum in expositis regionibus possibile erit accidere quod diximus.
 ¶ Rursus gratia etiā eclipticorum lunæ terminorum quoniam semidiameter lu
 næ in minima eius distantia subtendere demonstrata est arcum grad.0.17.40.Semi
 diameter autem umbræ quæ dupla est demonstrata.Et tribus proxime quintis ma
 ior semidiametro lunæ colligitur earūdem.0.45.56.paret quia quando exacte cen
 trum lunæ distat ab umbræ centro.In maximo quidem circulo qui per ipsam & po
 los obliqui describitur in utraq; circuli qui per medium est partē gradibus.1.3.36.
 In obliquo autē lunæ a quo uis nodo fm proportionē unius ad.11.30.gra.12.12.proxi
 me.Tunc primū possibile erit tangi umbrā a ☾ Et propter illa quæ de inæqualita
 te sunt demonstrata/quādo etiā centrum lunæ quod in medio motu capitur distat a
 nodo in circulo obliquo grad.15.12.ut in borealis termini numeris a.74.48.usq;

ad.105.12.& a.254.48.usq;.285.12.incidat:tūc primum possibile erit umbram tangia luna.Apponemus igitur(expositis coniunctionum & oppositionum tabulis)solari um lunariūq; terminorum latitudinis lunæ numeros /ut facile discernamus quæ nam cōiunctiones oppositioneq; possint in eclipsim incidere.

¶ De distantia eclipticorum mensium.

Cap.VI.



GED UTILE etiā erit istis addere, p quot uniuersaliter mēses opposi-
tiones & cōiūctiōnes possibile sit eclipticas fieri/ne cū unam eclipticam
habeamus per oēs rursū deinceps eclipsim quæramus: sed per illas q̄
tot mēsi- bus distāt: ut possibile sit eclipsim fieri. Quod igitur per sex mē-
ses tam Sol q̄ Luna deficere possint hinc manifestū est. Medius enim Lunæ fm lati-
tudinē motus colligit sex mēsi- bus. gra.184.125. Arcus autē qui sunt inter eclipticos
terminos tam in sole q̄ in luna/citra quidē semicirculum pauciores. Vltra uero semi-
circulum plures continet gra.nā cū solares termini a quo uis/nodo in obliquo circu-
lo lunæ ad septētrionē quidē demōstratos gra.20.41.ad meridiem uero.11.21.inter-
cipiāt/sit arcus nō eclipticus a septētrionē qdē gra.138.28.a meridie at.157.16. Cū uero
lunares ad utrāq; mediū circuli partē in eodē obliquo a quo uis nodo grad.15.12.iter-
cipiāt/colligit utrāq; arcus nō eclipticus.149.36. ¶ Qd̄ autē his etiā suppositis pole
sit lunæ defectū per maximorū quinq; mēsiū fieri spatium/hoc est in quo sol qdē maxi-
mū faciat trāsitum. Luna uero minimū hoc modo uidebimus. ¶ Nā quoniam in
mediorū quinq; mēsiū spatio motū longitudinis mediū utriusq; luminariū.145.32.
gra.inuenimus. Inæqualitatis uero lunaris in epicyclo gra.129.5. quorū. 145.32. solis
gra.in maximo transitu qui est ad utrāq; minimæ lōgitudinis pte/ptermediū motū
4.38.gra.accipiunt &.129.5.gra.epicycli lunaris in minimo transitu/quoniam est ad
utrāq; maximæ lōgitudinis partē subtrahunt a medio motu gra.8.40. Certe in me-
diorū quinq; mēsiū spatio. Quādo sol maximū facit motū/& luna minimū. In ante-
cedētib; adhuc solis luna erit per gra.ex utrāq; inæqualitate collectos.13.18. quorū
rursū duodecimā/propter predemonstrata capientes partem: habebimus gra.1.6. p
xime/quibus sol ulterius mouebitur donec ad eū luna perueniat/quoniā ergo ex p-
pria inæqualitate gra.4.38. accepit/& anteq̄ ad eum luna perueniat. quoniā ergo ex
propria inæqualitate gra.4.38. accepit/& ante quā ad eū luna perueniret gra.1.& se-
xagesimas sex habebit etiā maximorum mensiū spatium ultra mediorum per lōgi-
tudinē motū gra.5.44. Totidē ergo p xime latitudinis etiā in obliquo circulo lu-
næ motus obtinebit ultra.153.21. proxime gradus latitudinis qui colliguntur in qn-
q; mediōrū mēsiū spatio. Verus igitur fm latitudinē motus in maximis quinq; men-
sibus colligitur gra.159.5. sed ecliptici termini ad utrāq; circuli (qui p mediū est) par-
tem continent in media lōgitudine lunæ i circulo quidē qui maximus p polos obli-
qui describitur grad.unū proxime. In minima enī distātia.13.36.in maxima.40.56.
24. Colligitur in obliquo autē circulo gra.11.30.a quo uis nodo. Intermedius autē
& nō eclipticus arcus p hoc colligitur graduū.157.9 qdē minores sunt (coassumptis
fm maximam quinquā mēstem intercapedinē/in obliquo circulo gradibus.159.5.)
duabus partibus & sexagesimis quinq;. Perspicuū igitur est ex istis possibile esse lu-
nam in quinq; maximorum mensium spatio/cum in prima oppositione in recessu
a quo uis nodo defecerit. In ultima rursū in accessu ad oppositum nodum defice-
re/sietq; in utriusq; eclipsibus obscuratio ab eiusdem circuli (qui per medium est) par-
tibus/& nūq; a contrariis. ¶ Verum q̄ maximi quinq; menses duas possint lunares
eclipses continere. Sic nobis perspicuum est/q̄ uere in septem mensibus impossibi-
le est id accidere/etiā si in minimorum mensiū septē spatium supposuerimus: hoc ē
in quo sol minimum faciet motū. Luna uero maximū/hoc modo similiter inuesti-
gantes uidebimus/nā in mediōrū rursū septē mensiū spatio. Medius fm longitudi-
nem utriusq; luminarium motus graduum est.203.45. Lunæ autē in epicyclo.180.
43. quorum.203.45. solis gra. fm minimum motum qui ad utrāq; maximæ distā-
tiæ partem est subtrahunt a medio motu gra.4.42. epicycli autem lunæ gra.180.43.
fm maximum motum ad utrāq; minimæ longitudinis partem addunt medio mo-

Sed utile erit istis addere per quos mēses perfectos: possible sit fieri coniunctiones eclipticas, per sex enim menses accidere potest ut sol & luna bis deficiant.

¶ Adhuc luna precedet solē gradibus ex utrāq; inæqualitate collectis.13.18.

tui gra. 9.58. In spatio igitur mediorum mensium septem quando sol quidem minimi motus sit. Luna uero maximi ultra luna. 14.40. gradibus (ex utraq; inæqualitate collectis) progredietur: quorum duodecimam partem. 4.42. gradibus (qui ab inæq; litate solari defecerunt) addemus & collectis. 5.55. proxime habebimus quot gradibus motus longitudinis in minimo septimestri spatio prior siue minor erit motu mediorum septem & motus similiter latitudinis deficiet a mediore septem mensium motu qui sunt gradus. 214.42. ¶ In minimis ergo septem mensibus per latitudinē luna in obliquo circulo. 208.47. gradibus mouebitur/ sed totus inter eclipticos terminos in media lunæ lōgitudine obliqui circuli maximus arcus tam in accessu nodi alterius/ q̄ in recessu cōtrarii graduum est. 203. Nō erit igitur possibile lunam in septem mensium spatio/ nec in minimorum quidem/ si quo modo/ in prima oppositione defecerit/ in ultimo quoq; deficere. ¶ Sed ad demonstrandū etiam q̄ possibile sit etiā solē apud eosdem in uniuersis nostri orbis regionibus bis in maximorum quinque mensium spatio deficere/ nā quoniam in quinque maximis mensibus latitudinis lunæ motum. 159.5. partium demonstrauimus sitq; nō eclipticus in sole arcus in media lunæ distantia. 167.36. eorūdem/ propterea q̄ ecliptici termini eius in circulo quidem qui per polos ipsius est/ distat a medio partibus. 0.32.20. In obliquo uero lunæ. 6.12. proxime/ patet quia si nulla lunaris aspectus diuersitas est/ impossibile erit quod quaritur/ propterea q̄ non eclipticus arcus maior est q̄ motus mensium quinque maximorum in obliquo quidem circulo partibus. 8.31. In circulo uero qui ad rectos zodiaci angulos describitur. 0.45. proximē. Vbi autem aspectus eius tanta diuersitas est/ ut alterius extremarum coniunctionum aut utraq; simul aspectus diuersitas excedat gra. dictos. 0.45. ibi possibile est utraq; coniunctiones extremas eclipticas fore/ quoniam igitur demonstratum est in tēpore maximore quinque mensium/ q̄ luna minimo motu. Sol aut in maximo mouetur a duabus uirginis partibus usq; ad duas aquarii partes/ cū adhuc luna utrorūq; luminariū inæqualitatis gra. 13.18. in antecedentibus solis sit/ quos luna & ad eos duodecimā eorum partē in die uno & horis. 2.15. medie motu pertransit. Patet cum tempus mediorum quinque mensium dierum sit. 147. & horarū. 15.45. proxime/ q̄ tēpus quinque maximorum mensium erit dierum. 148. & horarū. 18. Propterea cū priā cōiunctio in duabus circiter uirginis partibus fiat. Vltimaq; circa duas partes Aquarii sit prior sex horis erit. Quæ ad integros dies deficiunt. ¶ Quare querendum ubi & quando luna aspectus poterit immutari: uel scilicet in altero duorum signorum quæ dicta sunt. Vel in utrisq; ut locus aquarii sex horis locū uirginis precedat/ pluribus q̄ dictis. 45. sexagesimis. ¶ Ad septētrionē ergo (ut diximus) nullibi lunæ tāta diuersitas aspectus inuenitur/ quare impossibile est bis in maximarum quinque mensium spatio solem deficere/ secundū lunæ motum qui est in meridie circuli qui per medium signorum/ hoc est quando in prima coniunctione ab ascendente nodo recedit/ & ultima ad ascendentem accedit. ¶ Ad meridiem uero fere in regionibus quæ sunt post æquinoctialem uersus septētrionem/ potest tanta in utrisq; signis dictis secundum præcedentem (sex horis) situm diuersitas fieri/ quando duæ uirginis partes in prima coniunctione occidere. Et duæ aquarii partes in meridiano secundæ coniunctionis tempore supponuntur. In his enim sitibus inuenitur lunæ in media distantia diuersitas ad meridiem (solari diuersitate subtracta) sub ipso quidem æquinoctiali in uirginis situ grad. 0.22. proxime/ in Aquarii. 0.14. Vbi autem dies maximus. 12.30. horarum est. In uirginis quidem situ grad. 0.27. In Aquarii uero. 0.22. ut esse diuersitates simul quatuor sexagesimis dictas. 45. sexagesimas excedant. ¶ Cum igitur in borealibus locis maior diuersitas q̄ in meridionalibus fiat: patet quia magis semper erit possibile bis in quinque maximorum mensium spatio huiusmodi locorum incolis defectum aspici solis. In solo tamen Lunæ motu septētrionali/ hoc est quando in prima eclipſi ab ascendente nodo recedit/ & in secunda ad descendentem accedit. ¶ Sed dico etiam rursus q̄ in septentrione quoq; minimorum mensium spatio possibile est bis apud eosdem solem deficere. Nam quoniam in hac temporis spatio motum latitudinis lunæ. 208.47. partium demonstrauimus. Maximusq; obliqui circuli arcus inter eclipticos terminos intercipitur qui est ab accessu nodi unius usq; ad recessum oppositi. Colligitur hæc distā-

G	M	
214	42	
208	47	Subtrahere
5	55	Relidū

¶ In altero autē codice habetur.
 ¶ A duabus tertis uirginis, usq; ad duas tertias aquarii.

tia in sole in media Lunæ longitudine partium.192.24. Quare perspicuum est/ quia si nulla rursus diuersitas Lunæ fuerit non poterit esse quod queritur/ propterea quod arcus obliqui circuli qui fit in spatio minimorum septem mēsum. Maior est arcu/ qui ab eclipticis Solis terminis maximus intercipitur in obliquo quidem circulo partibus.16.23. In circulo uero qui est per polos zodiaci.1.25. ¶ Vbi autem tanta diuersitas est ut alterius coniunctionum extremarum uel utriusq; diuersitatis simul excedant gra.1.25. ibi possibile est utraq; coniunctiones extremas eclipticas fore. Quoniā ergo demonstratum est in tempore mediorum septem mensium/ quando luna maximo/ sol minimo motu mouetur ab extremitate Aquarii usq; ad mediam Virginem/ Lunā iam ultra uerum solem antecessisse gra.14.40. Cum totidem gra. & adhuc duodecimam partem ipsorum in una die & horis quinq; in die luna pertrāseat/ patet quia cum mediorum septem mensium tempus.206. dies & horas.17. proxime contineat/ tempus minimorum septem mensium erit.205. dierum & horarum.12. propterea extremæ coniunctionis quæ in medio Virginis fit/ tempus erit post primam quæ fuit in extremitate Aquarii horis.12. ¶ Quærendū igitur est ubi & quando maior q̄ gradus.1.25. Lunæ diuersitas potest fieri. Aut uidelicet in altero dictorum signorum/ aut in utrisq; secundū situm per.12. horas/ hoc est quando alterū in occasu/ alterum in ortu est/ non enim aliter/ utraq; super terrā eclipsis fieri possibile est. Ad septētrionē ergo rursus in orbe habitabili nostro nullo in situ tanta Lune diuersitas inuenitur/ nec sub ipso quidem æquinoctiali maior.23. sexagesimis/ quæ secundū latitudinem in maxima distantia fit/ Quare impossibile est in septem minorum mensium spatio bis solem deficere secundū lunæ transitū/ qui est a meridie circuli per mediū/ hoc est quando in prima quidē coniunctione ad ascendentem nodū accedit. In secunda uero ab ascendente nodo recedit. Ad meridiē autem tantam ferme fieri diuersitatem in parallelo per Rhodum inuenimus. Quando extrema pars Aquarii oritur/ & media Virginis occidit. In locis enim huius paralleli in utroq; horum situum (subtrahente diuersitate solari) luna in media eius longitudine diuersitatem habet ad meridiē sexagesimarum.46. ut umbrā coniunctionū diuersitates excedant gradū unum & sexagesimas.25. Cum igitur maior ad meridiē in borealibus hoc parallelo fiat diuersitas. Perspicuum est quia possibile sit bis/ ab incolis earum regionum in minimorum septem mensium spatio solem deficientem uideri/ tunc tamen in septētrionem solū modo circuli qui per mediū signorum est luna moueatur hoc est quando in prima quidem eclipsi ad descēdētē nodum accedat. In secundo uero ab ascendente recedat. ¶ Restat nunc illud demonstrandum q̄ in nostro terrarum orbe non est possibile bis in uno mense solē deficere. Neq; in eodem climate/ neq; in diuersis etiam si quis cuncta supponat/ quæ quāuis concurrere non possunt. Cum tamen concurrerent/ conducunt ad possibilitatem propositi/ Dico autē etiā si lunam in minima supposuerimus longitudine/ ut maior eius diuersitas sit/ & mensem minimum/ ut q̄ maxime possibile sit minimo. Maior menstruus latitudinis motus fiat arcu qui ab eclipticis solaribus continetur/ etiam si differenter tum horis tum signis abutamur/ in quibus luna maximas uidetur diuersitates aspectus facere. Quoniā igitur in medio mense utrisq; luminarium motus gradus obtinet.29.6. & motus lunæ in epiciclo.25.49. Quorum.29.6. in minimo solis motu ad utraq; maximæ longitudinis partem subtrahunt a medio motu. g.1. m.8. Epicili autem lunæ gra.25.49. in maximo eius motu ad utraq; minimæ longitudinis partem addunt medio motui.2.28. Si per demonstrata sequentes in æqualitates ambas cōposuerimus/ & gradus qui fiunt.3.36. partē duodecimam hoc est.0.18. in æqualitati qua sol deficiebat addiderimus/ faciemus gra.1.26. Quibus minimi mensis motus qua sol deficiebat addiderimus/ tam per longitudinem q̄ per latitudinem/ Quare quominor erit motu medii mēsis/ tam per longitudinem q̄ per latitudinem/ Quare quominiam medii mensis per latitudinem motus gra. est.30.40. erit minimi mensis motus gra.29.14. qui faciūt in circulo qui per rectos angulos zodiaco maximus est gra.2.33. proxime. Sed totus eclipticorum solis terminorum transitus in minima lunæ distantia gra. Colligitur.1.6. ut maior minimi mensis transitus fiat gra.1.27. Oportet igitur omnino ut si in uno mense sol bis posset deficere/ uel nullam esse in alte-

Non potest Obis in uno mense eclipsari

LIBER VI

ra coniunctionum lunæ diuersitate, in altera uero maiorem q̄. 1.27. uel ad eandem in utraq; coniunctione partem lunæ fieri diuersitatem & excessum utrarūq; diuersitatum maiorem esse q̄. 1.27. uel utraq; diuersitates plurimum esse q̄. 1.27. quādo alterius coniunctionis diuersitas ad septentrionem, alterius ad meridiem fieret. Sed nullibi terrarum in cōiunctionibus ne in minima quidem longitudine maior lunæ diuersitas est (solari diuersitate subtracta) q̄ gradus unius. Non erit igitur possibile bis in minimo mense solem deficere quādo uel in altera coniunctionum nulla uel ad eādem partem in utrisq; lunæ diuersitas est, cum excessus earum uno gra. maior nō fiat. Oportetq; uel ipsis. 1.27. maiorem fieri. Solummodo igitur quod proposuimus accidere possit. Si utraq; diuersitate in oppositis partibus facta plures gradus colligeretur q̄. 1.27. Id uero in diuersis quidem orbis terrarum partibus possibile erit. Cum possit apud boreales ad æquinoctialem in orbe nostro ad meridiem & apud australes ultra æquinoctiale qui Antipodes nominatur (solis diuersitate subtracta) ad septentrionem lunæ diuersitatem esse a. 0.25. usq; ad grad. unum. In eadem autem orbis terrarum parte nunquā accidere poterit, propterea q̄ maxima lunæ diuersitas est similiter sub ipso quidem æquinoctiali non magis q̄. 25. sexagesimarum, tam ad septentrionem q̄ ad meridiem. Apud autem borealissimos aut australissimos, non magis q̄ per gradum unum in partes oppositas. Vt etiam sic utraq; simul diuersitates minores inueniantur q̄. 1.27. Cum autem multo minor utraq; oppositarum diuersitatum semper fiat apud interiacentia loca inter æquinoctialem & utraq; extremitatem: erit magis impossibile in illis quod quæratur apud eosdem, ergo nullibi terrarum bis in eodem mense solem deficere possibile est. Sed adhuc apud diuersos in eadem orbis terrarum parte, quæ nobis erant demonstranda.

De tabulis ægypticis.

Cap. VII.



VAE IGITUR coniunctionum distantia, in eclipsum consideratione accipiendæ nobis sint, per ea quæ dicta sunt ad apertum est. Vt autem & media ipsarum tempora discernere motusq; lunæ computare. In coniunctionibus quidem apparentes. In oppositionibus autem per ueros locos lunæ sicut latitudinem facileq; considerare possumus, futuras omnino ecliplicas coniunctiones atq; oppositiones: & magnitudines atq; tempora obscurationum: Tabulas ad huiusmodi cognitionem componemus, duas solarium eclipsum gr̄a. Et duas lunarium, in maxima & minima lunæ distantia. Incrementumq; obscurationum per duodecimam utriusq; luminarium partem supponemus.


Primā igitur solarium eclipsum tabulam qua ecliptici termini in maxima lunæ longitudine continentur. 25. uersuum & ordinum quatuor faciemus. Quorum duo primi apparentem lunæ transitum in obliquo circulo secundum latitudinem in singulis obseruationibus continebunt, nam quoniam solis diameter sexagesimarum est. 31.20. Lunæq; in maxima distantia totidem esse demonstrata est: ac ideo quando apparet lunæ centrum a centro solari (In circulo qui maximus per centra utraq; describitur) distat sexagesimis. 31.20. & a nodo in obliquo circulo grad. 6. secundum expositam proportionem. 11.30. ad unum, quū primum in contactu solis luna fit: propterea in primis uersibus ordinē ponemus. In primo quidē ordine grad. 84. In secundo uero grad. 276. In ultimis autē uersibus in primo rursus ordine grad. 96. in secundo uero grad. 264. Et quoniam duodecimæ parti solaris diametri ab obliquo circulo. 30. p̄xime sexagesimæ dāt. Per totidē minuemus, augebimusue binos oppositos ordines ab extremitatibus incipientes: ita ut in mediis uersibus. 90. gra. & 270. collocamus.

Tertius autē ordo magnitudines obscurationū continebit, ita ut in extremis uersibus. 0.0. primi contactus initia ponantur, & deinceps digitus unus pro decima diametri parte. Similiterq; incremento per unum facto usq; ad inedium uersum ad quē duodecim digitorum numerus perueniet.

Quartus autē ordo transitus lunæ continebit qui sunt in singulis obscurationibus. Nunquā tamē computatis neq; solis inter ea motibus, neq; lunæ diuersitatibus.


Secundā uero solarium eclipsum tabulam qua

ecliptici lunæ termini in minima lōgitudine cōtinētur/sicuti primam in cæteris or/
dinabimus: sed. 27. uersum & quatuor ordinum similiter faciemus propterea q̄ se/
midiameter lunæ in hac distantia talium sexagesimarum demonstrata est. 17. 40.
qualium est solaris semidiameter. 15. 40. quando igit̄ ad primum solis contactū ue/
nit: tunc centrum ipsius a solari rursus centro. 33. 20. sexagesimis distat: & a nodis ī
obliquo circulo gra. 6. 24. fiunt itaq; in extremis uersibus apparentes latitudinis nu/
meri. 83. 36. & 276. 24. & rursus. 96. 24. & 263. 36. ¶ Digitorum autem numerus
in medio uersuum: similem duodecim signorum excessum: & adhuc quatuor quin/
tas continebit/ quoniam moræ quoq; transitus sit: ¶ Vtraq; autem lunares tabu/
las. 45. uersuum & quinq; ordinū faciemus: & in prima numeros latitudinis lunæ
(prout in maxima longitudine est) apponemus: nam quoniā semidiameter lunæ ī
hac longitudine. 15. 40. demonstrata est. umbræ uero semidiameter. 40. 44. earun/
dem/ ut quādo primum a luna tāgitur umbra: tunc centrum lunæ a centro quidem
umbræ in circulo qui per centra utrarūq; maximus describitur. 56. 24. sexagesimis di/
stet a nodis autem in obliquo circulo gra. 10. 48. ideo in primis uersibus. 79. 12. nu/
merum: & 280. 48. conscribemus. In ultimis uero. 100. 48. & 259. 12. & eodem mo/
do ut prius augebimus numeros ipsos sexagesimis quæ dantur duodecimæ parti lu/
naris diametri quæ est sexagesimarum. 30. ¶ In secunda uero parte tabulæ nume/
ros latitudinis lunæ (quando in minima distantia ipsa est) conscribemus/ In qua di/
stantia semidiameter eius. 17. 40. sexagesimarum demonstrata est: & semidiameter
umbræ. 45. 56. earundem: quare quando primum luna umbram tangit: tunc centrū
eius ab umbræ centro distat gradibus similiter. 1. 3. 46. a nodo autem in obliquo cir/
culo gra. 12. 12. ¶ Quo circa in primis uersibus numerum. 77. 48. & 282. 12. conscri/
bemus: in extremis uero. 102. 12. & 257. 48. & rursus augebimus diminuemusue ip/
sos sexagesimis quæ tunc dantur duodecimæ particularis diametri quæ est sexa/
gesimarum. 34. ¶ Tertii uero ordinis qui sunt digitorum ita se habent ut in sole:
& sicuti qui sequunt̄. Quibus transitus lunæ in singulis obseruationib; p̄tinent̄ tū īci/
dēt̄iæ tū repletionis: & ad hæc mediæ moræ t̄pis. ¶ Cōputauimus aut̄ positos lunæ
trāsitus per lineas in singulis obseruationib;. Sic tñ ut uis demōstrationib; simus/ q̄s
in una superficie in rectis lineis: p̄pterea q̄ arcus harū magnitudinū nō differūt ad sen/
sum a chordis suis: & adhuc q̄si nullo sensibili digno cura mot; lunæ in obliquo cir/
culo differat a motu q̄ est ī circulo q̄ est p̄ mediū signorū. ¶ Nemo enī nos ignoras/
se putet differentiā quādā ad motū lunæ p̄ longitudinē fieri: qm̄ obliq; circuli arcu/
bus (parcub; eius q̄ p̄ mediū signorū est) abusi sumus: nec etiā q̄ oppositionū p̄iun/
ctionūq; t̄pa nō sunt eadē præcise cū mediis eclip̄sū tēporibus. ¶ Si enim æquales
duos hor; circulos; arcus ab. A. nodo acceperim; Arcū scilicet. A. B. & A. C. & p̄iun/
xerimus arcū. B. C. perpendicularēq; B. D. ex. B. ad. A. C. lineā duxerimus perspicuū
hinc erit luna in. B. puncto supposita: quia cū. A. C. arcu circuli qui per mediū signo/
rū est p̄. A. D. abusi sumus: propterea q̄ ad circulos qui sunt per polos zodiaci mot;
qui ad eum fiunt considerantur per. G. D. lineam: differt inæqualitatis differentia
quæ est penes lunaris circuli declinationem. ¶ Solis uero aut umbræ centro in. B.
supposito oppositionis quidem aut coniunctionis tempus erit per indifferentiam
circulorum: quando luna erit in. C. medium autem eclip̄s tempus quando erit in
D. q̄ media obscurationū tēpora ad circulos qui describunt̄ per polos lunaris circu/
li capiunt̄/ ita tēpus mediæ coniunctionis atq; oppositionis differt a medio eclip̄s
tempore per arcum. G. D. ¶ Causa uero est ne hos etiam arcus in particularibus tra/
ctatib; una cōputemus: qm̄ paruas atq; insensibiles differentias faciunt: & qm̄ igno/
rare aliquid hor; turpe professori putamus. ¶ Si uero grā difficultatis (quæ in par/
ticularibus demonstrationib; est) sponte aliquid ita paruorū despiciat̄ presertim qm̄
& penes suppositiones ipsas illud negligi pōt; uniuersaliter quidē sensum maxime
quod negligit̄ collectū faciet: errorē uero in apparentib; (si nō colligit̄) aut nullum
aut minimū inducit. ¶ Arcum igitur arcui. G. D. similem uniuersaliter quidem nō
maiolem quinq; unius gradus sexagesimis inuenimus/ quod per theorema illud
demonstratur: quō d̄ria arcuum æquōctialis ad arcū circuli q̄ p̄ mediū signorū ē quā



¶ Sed causa q̄dem est ne hos etiā arcus in parti/
cularib; methodis siue tractatib; admissim cō/
sideremus: qm̄ sunt admodū parui: atq; iparticibi/
les quodāmō d̄rias faciūt. T̄acti ignorare aliqd
taliū uideat̄ absurdū. Nihilosecius omisso cogi/
tū ob tenuitatē tū ob operis ipsius difficultatē ex/
industria est. nā quantū ad simplicē artinet utili/
tatē id quod ex huiusmodi cognitione prouer/
nerit: plurimū p̄fecto p̄ficir̄ sensum. Circa uero ap/
parentias illius quod nō cōprehendit̄: aut ferme
nullū aut proisus minimū inducit errorē.


(in circulis qui per polos æquinoctialis describuntur) computauimus in eclipfibus autem non inuenimus eam maiorem duabus sexagesimis: Qualium enim è uterq; arcus. A. B. & A. C. 12. (ad tot enim fere lunæ in eclipfibus trãfitus peruenit) talis. B. D. linea est unius/acideo etiam. A. D. 11. 58. proxime eorundem/reliquus ergo. C. D. arcus sexagesimarum duarum est/quæ nec sextamdecimam quidem partem unius æquinoctialis faciunt horã/de tanta uero differentia minima uelle quempiam curate ostentationis magis est q̃ ueritatis: qua propter transitus lunæ in obscurationibus/ita considerauimus quasi nihil ad sensum isti circuli differant. ¶ Facta est autè nobis consideratio hæc/ut uno aut duobus exemplis totam rursus rem aperiamus hoc modo/sit punctum. A. solis aut umbræ centrum/pro arcu autem lunaris circuli sit recta linea. B. C. D. & supponatur centrum lune tunc esse in. B. quando accedens primum solem uel umbram tangit: in. D. autem quando recedens. Cõiunctisq; lineis. A. B. & A. D. deducatur ex. A. ad lineam. B. D. perpendicularis. A. C. quod igitur (quãdo lunæ centrum in. G. puncto erit) tunc medium eclipfis tempus & maxima obscuratio erit. Patet partim ex eo q̃. A. B. & A. D. lineæ æquales sunt / & propterea etiam transitus. B. C. trãfitui. C. D. æqualis fit/partim ex eo q̃. A. C. linea minor illis omnib⁹ est quibus duo centra in. B. D. linea coniungitur/perspiciuū est q̃ etiã utraq; linearū. A. B. & A. D. utraq; simul semidiametros lunæ atq; solis aut umbræ continet/ & q̃. A. C. utraq; ipsarū minor est particula diametri deficientis luminaris / quæ ab obscuratione intercipitur. ¶ Hæc cum ita se habeant fiat obscuratio (exẽpli gratia) digitorū triū/ & primū supponat̃ centrū solis esse in. A. quãdo igitur luna est in maxima sua distantia: tunc. A. B. 31. 20. sexagesimarum fit: & quadratum suum. 981. 47. linea uero. A. C. 23. 30. eorundem/ minor enim est quam. A. B. tribus solaris diametri duodecimis: hoc est. 7. 50. & quadratum eius. 552. 15. quare quadratum etiam lineæ. B. C. erit earundem. 429. 32. ipsa uero. B. C. per longitudinem. 20. 43. proxime/ quas in quarto primæ solaris tabulæ ordine ad tres digitos apponemus. ¶ In minima uero lunæ distantia. A. B. linea rursus fit. 33. 20. sexagesimarum/ & quadratum suum. 1111. 7. A. C. uero. 25. 30. & quadratū suum. 650. 15. & reliquum quadratum lineæ. B. C. sexagesimarum. 460. 52. Quare linea ipsa. B. C. 21. 28. erit earundem / quas similiter in quarto tabulæ solarium eclipfium ordine ad tres digitos apponemus. ¶ Supponatur rursus. A. punctum umbræ centrum esse & obscuratio eius dẽ/ Quæ re partis lunaris diametri/ in maxima ergo lunæ longitudine. 56. 24. A. B. linea sexagesimarum fit: & quadratum suum. 3180. 58. A. C. uero linea. 48. 34. earundem minor enim est quam. A. B. quartæ lunaris diametri parte id est. 7. 50. in maxima longitudine/ & quadratum eius. 2358. 43. quare quadratum. B. C. similiter relinquit̃. 822. 15. ipsa uero linea. B. C. erit per longitudinem. 28. 41. earundem/ quas in quarto primæ tabulæ lunarium eclipfium ad tres digitos apponemus transitum incidentiæ continentes/ qui ad sensum transitui repletiois idem est. ¶ In minima uero longitudine. A. B. quidem linea. 63. 36. sexagesimarum fit: & quadratum suum. 4044. 58. A. C. uero. 54. 46. earundem. (excessus enim. 8. 50. Quarta rursus pars est lunaris diametri in distantia minima) eius quadratum est. 2999. 23. Quare relinquetur quadratum. B. C. lineæ. 1045. 35. ipsa uero linea. B. C. 32. 20. per longitudinem earundem/ quas similiter in quarto secundæ tabulæ lunarium eclipfium ad tres digitos apponemus. ¶ Sed grã temporis moræ quæ in lunaribus obscurationibus inuenitur: sit umbræ centrum in puncto. A. & recta linea. B. C. D. E. F. sit pro arcu obliqui lunaris circuli: & B. quidem punctum centrum esse lunæ supponatur quando primum deforis accedens umbram tangit. G. uero ubi centrum lunæ futurum fit quando primo tota deficiens ab interiori parte umbræ circum tangit. E. autem ubi rursus centrū lunæ sit quando recedens primum ab interiori parte umbræ circum tangit. F. autem ubi erit centrū lunæ quãdo tandẽ recedens deforis umbrã tangit. ¶ Prædemonstratis igit̃ etiã hic seruatis/ illud p̃terea patet q̃ utraq; lineæ. A. C. & A. E. excessum cõtinet/ quo semidiameter umbræ: lunæ semidiametrū excedit quare. C. D. transitus. D. E. transitui æqualis fit: & uterq; medietatem continet moræ: & reliqua B. C. transitus incidentiæ transitui repletionis. E. F. æq̃lis est/ supponat̃ ergo eclipfis



Lineæ	M	2 ^a	2 ^a	3 ^a	Logitudine	
A B	31	20	981	47	Maxima	
A C	23	30	552	15		
B C	20	43	429	32		
A B	33	20	1111	7	Minima	
A C	25	30	650	15		
B C	21	28	460	52		
						Quadratū


Lineæ	M	2 ^a	2 ^a	3 ^a	Distãtia.	
A B	56	24	3180	58	Maxima	
A C	48	34	2358	43		
B C	28	41	822	15		
A B	63	36	4044	58	Minima	
A C	54	46	2999	23		
B C	32	20	1045	35		
						Quadratū

Centum umbræ




digitorum lunæ quindecim: hoc est in qua. D. centrum interius ab extremitate eclypticorum terminorum fit tota semel lunari diametro: & adhuc quarta ipsius partes id est quando. A. D. linea utraq; quidem linearum. A. B. & A. F. minor est perpositam lunarem diametrum semel & adhuc per quartam ipsius partem/utraq; uero lineam. A. C. & A. E. per quartam lunaris diametri solūmodo partē: quādo igitur luna ē in maxima longitudine tunc. A. B. linea fit dictarū sexagesimarū. 56.24. & quadratū suū. 3180.58. A. C. uero. 25.4. earundem/lunaris enim diametrū in maxima distantia sexagesimarum est. 31.20. & quadratum eius. 628.20. A. D. autem linea similiter. 17.14. & quadratum eius. 296.59. quare quadratum etiam lineæ. B. D. relinquetur. 2883.59. ipsa uero. B. D. 53.42. earundem per longitudinem erit: quadratū autem lineæ. C. D. relinquetur. 331.21. & ipsa erit per longitudinem. 18.12. earundem/Reliqua etiam. B. C. linea earundem erit. 35.30. Quare ad numerum. 15. digitorum in prima lunarium eclypsiū tabula in quarto quidem ordine incidentiæ sexagesimas. 35. 30. (quot etiam repletionis sunt) apponemus/in quinto autem medii moræ temporis sexagesimas. 18.12. Quando luna in minima distantia: tunc. A. B. linea fit expositarū sexagesimarum. 63.36. & quadratum eius. 4044.58. A. C. autem linea. 28.16. earundem (lunæ namq; diameter in minima distantia demonstrata est sexagesimarum. 35.20.) & quadratum eius. 799.0. A. D. uero etiā similiter. 19.26. & quadratum suum 377.39. ¶ Quare qdratum lineæ. B. D. relinquetur. 3667.19. ipsa uero linea. B. D. erit per longitudinem earundem. 60.34. Quadratum autem lineæ. C. D. relinquetur. 421.21. & ipsa. C. D. per longitudinem erit. 20.32. earundem/reliqua uero linea B. C. 40.2. earundem/quare ad numerum etiam digitorum. 15. secūdæ lunariū eclypsiū tabulæ in quarto quidem ordine sexagesimas incidentiæ. 40.2. (quot rursus repletionis sexagesimæ sunt) apponemus: in quinto autem sexagesimas medii moræ temporis. 20.32. ¶ Verum ut etiam in motibus qui in epicyclo (inter maximam & minimam lunæ distantiam) sunt congruentes singulis excessibus totius differentia: per sexagesimarum uiam & iationem facile capiamus/parūā aliam superiorib; tabulam apposuius/qua & ipsius motus in epicyclo numeri & congruentes sexagesimæ apparentibus singulis excessibus ex primis & secundis eclypsiū tabulis continentur: harum uero sexagesimarum quantitas in diuersitatis lunaris aspectus tabula in septimo posita ordine nobis est: ita ut eclypsis in maxima excentrici longitudine propter oppositiones atq; coniunctiones suppositus sit. ¶ Verum quoniam plurimi eorum qui eclipticas significationes obseruat: non per diametros circuloꝝ magnitudines obseruationum metiuntur/sed per totas ipsarū superficies: quoniam uisus secūdū simplicitatem obiectionis totum ipsum quod apparet cōparat non apparenti: aliā etiam parūā istis duodecim digitis collocauimus: ita ut ueluti in eclipticis tabulis duodecimā diametri utriusq; luminarium partē quilibet digitus contineat: in reliquis aut duob; cōgruentes ipsis rursus totarū arearū duodecimas: in secundo quidem solaris: in tertio uero lunaris: hæc in magnitudinibus solū (quæ in media longitudine lunæ fiunt) computauimus: eadem enī proxime proportio fit in tabula diametror; dīa: cōsideraui m̄aū hęc quasi pportio circūferētīar; ad diametros sit: quā habet. 3.8.30. ad unū. Hęc enī pportio proxime est iter triplā (septima parte adiecta/ & inter triplam (decies septuagesima prima parte adiecta) quibus Archimedes/simplicius usus ē. ¶ Sit igitur primum solarīū eclypsiū gra. A. B. C. D. solis circulus: cuius centrū sit. E. Circulus aut lunæ in media distantia sit. A. F. G. I. circa centrū. T. q̄ secet circulū solis in punctis. A. & C. & cōiūcta. B. E. T. I. linea supponat quartā solaris diametri partē defecisse: ut. F. D. linea talium sit. 3. qualiū est. B. D. diameter. 12. diameter uero lunæ. I. F. 12.20. proxime earundem/ secūdū proportionē 15.40. & propterea etiam. E. T. lineā colligi earūdem. 9.10. Quare circūferētīar; etiā 5m unius ad. 3.8.30. pportionē solaris quidē circuli partiū sit. 37.42. lunaris uero. 38.46. earundē. Similiter aut & arearū totarū qm̄ linea quæ a cetro ad circūferētiam est in circūferentiā multiplicata/ duas areas circuli facit. solaris quidem circuli area colligetur partium. 113.6. lunaris uero. 119.32. earundē/ hæc cū ita se habeāt querēdū est quot partiū est area quæ continetur ab. A. D. C. F. talium qualium tota solaris circuli area est. 12. coniungantur igitur lineæ. A. E. & A. T. & C. E. & G. T. & perpendi

Quibus simpliciori modo
usus est Archimedes.



LIBER VI

cularis. A. C. G. quoniam igitur utraq; linearum .E. A. & .E. C. talium esse supponatur. B. qualium est. E. T. linea. 9. 10. & utraq; .A. T. & .T. C. 6. 10. earundem: & est. C. angulus rectus: si excessum quo quadratum lineæ. T. A. excedit quadratum lineæ. A. E. hoc est partes duas & sexagesimas duas/partiemur per lineam. E. T. habebimus excessum linearum. E. C. & .C. T. 13. 20. sexagesimarum earundem quare. E. C. quoq; linea. 4. 28. & .C. T. 4. 42. earundem colligitur/ & propterea etiam utranq; linearum A. C. & .C. G. æquales enim sunt. 4. proxime earundem: consequenter igitur .A. E. G. quidem trianguli aream habebimus. 17. 52. Aream uero trianguli. A. T. C. 18. 48. earundem. Rursus quoniam qualium est. B. D. diameter. 12. & .F. I. similiter. 12. 20. talium. A. C. linea colligitur. 8. erit. A. C. taliū. 80. qualium. B. D. diameter. 120. qualium uero. F. I. diameter. 120. talium. A. C. 77. 50. erunt igitur arcus quoq; sui. A. D. G. quidem talium. 83. 37. qualium. A. B. C. D. circulus. 360. A. F. C. autem taliū. 80. 52. qualium est. A. F. C. I. circulus. 360. quare quoniam eadem proportio est circulo/ rum ad arcus & arearum ipsorum circulo/ rum ad areas sectorum qui sub eisdē arcu/ bus sunt: habebimus etiam. A. E. C. D. quidē sectoris areā talium. 26. 16. qualium de/ monstrata est area circuli. A. B. C. D. 13. 6. A. T. G. F. autem sectoris aream. 26. 51. earū dem/ erat enim etiā area circuli. A. F. C. I. 119. 32. earūdem: sed area triāguli. A. E. C. de monstrata est. 17. 52. area uero trianguli. A. T. C. similiter. 18. 48. & reliquam ergo. A. D. G. C. portionis aream. 8. 24. partiū habebimus. Portionis uero. A. F. G. C. 8. 3. earū dem: quare tota quæ ab. A. F. G. D. area continetur talium est. 16. 27. qualium. A. B. C. D. circuli area supponitur. 113. 6. qualiū ergo est solaris circuli area. 12. taliū erit q̄ p̄ eclipsem continet. 1. 45. proxime: quæ in dictæ tabulæ tertio uersu & in ordine secu/ do apponemus. ¶ Supponat rursus lunariū etiā eclipsum gratia in eadē descriptioe lunaris quidē circulus. A. B. C. D. umbræ autē in media distātia circulus. A. F. C. I. & deficiat sicut quarta lunaris diametri pars: ut qualiū est. B. D. diameter. 12. taliū sit de/ fectus qdē linea. F. D. 3. umbræ uero diameter secundū proportionē unius ad. 2. 36. ea rundē. 31. 12. & p̄pterea etiā. E. C. T. linea. 18. 36. Colligat/ quare circūferētia rursus lu naris quidē circuli partiū sit. 37. 42. umbræ autē. 98. 1. earūdem. Et area quidē circuli lu naris erit. 113. 6. Area deniq; circuli umbræ. 764. 32. earundē colligit. ¶ Q̄m̄ igitur hic qualiū est. E. T. linea. 18. 36. taliū utraq; quidē linearū. A. E. & .E. C. Supponitur. 6. utraq; uero. A. T. & .T. C. 15. 36. earūdem. Si excessum similiter quo quadratū lineæ. T. A. excedit quadratū lineæ. A. E. partiemur per lineā. E. T. habebimus excessum linea rū. E. C. & .C. T. 11. 8. earundē. Ita. E. C. quidē. 3. 44. C. T. autē. 14. 52. earūdem colligitur/ & propterea utraq; etiā linearū. A. C. & .C. G. 4. 42. earūdem/ quare cōsequenter aream quidē trianguli. A. E. G. habebimus partiū. 17. 33. aream uero trianguli. A. T. C. 69. 52. earūdem: rursus qm̄ qualiū est. B. D. diameter. 12. & .F. I. sicut. 31. 12. taliū. A. C. colligi/ tur. 9. 24. erit. A. C. linea taliū. 94. qualiū est. B. D. diameter. 120. & taliū. 36. 9. qualiū est. F. I. diameter. 120. quare arcus quoq; sui. A. D. G. quidē taliū erit. 103. 8. qualium A. B. C. D. circulus. 360. Arcus uero. A. F. C. talium. 35. 4. qualium. A. F. C. I. circulus 360. quare per prædicta sectoris quoq; .A. E. C. D. aream talium habebimus. 32. 24. qualium area circuli. A. B. C. D. demonstrata est. 113. 6. Aream uero sectoris. A. G. T. F. 74. 28. earundem erat enim etiam area circuli. A. F. C. I. 764. 32. earundem: fuit au tem area quoq; trianguli. A. E. G. 17. 33. earundem demonstrata: & trianguli simili/ ter. A. T. C. area. 69. 52. & reliquam ergo. A. D. G. C. quidem portionis aream habebi mus. 14. 51. portionis autem. A. F. G. C. 4. 36. earundem/ quare tota area quæ ab. A. F. G. D. continetur talium est. 19. 27. qualium. A. B. C. D. circuli area supponitur. 113. 6. Qualium ergo est lunaris circuli area. 12. talium erit deficientis portionis area. 2. 4. proxime quæ in eiusdem tabulæ ordine tertio atq; lunari ad tres digitos appone/ mus: ¶ Sunt autem tabulæ istæ.



Tabula eclipsum luminarium.

Cap. VIII.

Tabula eclipsum ☉
maximæ distantia

Tabula eclipsum ☉
minimæ distantia

1 ^a				2 ^a				3 ^a				4 ^a				1 ^a				2 ^a				3 ^a				4 ^a															
Latitudinis Numeri				Digiti				Incidetie Partes								Latitudinis Numeri				Digiti				Incidetie Partes																			
5	M			5	M											5	M			5	M											5	M			5	M						
84	0			276	0			0										83	36			276	24			0				0													
84	30			275	30			1										84	6			275	54			1				12			57										
85	0			275	0			2										84	36			275	24			2				17			54										
85	30			274	30			3										85	6			274	54			3				21			28										
86	0			274	0			4										85	36			274	24			4				24			14										
86	30			273	30			5										86	6			273	54			5				26			27										
87	0			273	0			6										86	36			273	24			6				28			16										
87	30			272	30			7										87	6			272	54			7				29			45										
88	0			272	0			8										87	36			272	24			8				30			55										
88	30			271	30			9										88	6			271	54			9				31			51										
89	0			271	0			10										88	36			271	24			10				32			33										
89	30			270	30			11										89	6			270	54			11				33			1										
90	0			270	0			12										89	36			270	24			12				33			16										
90	30			269	30			11										90	0			270	0			12				33			29										
91	0			269	0			10										90	24			269	36			12				33			16										
91	30			268	30			9										90	54			269	6			11				33			11										
92	0			268	0			8										91	24			268	36			10				32			33										
92	30			267	30			7										91	54			268	6			9				31			51										
93	0			267	0			6										92	24			267	36			8				30			55										
93	30			266	30			5										92	54			267	6			7				29			45										
94	0			266	0			4										93	24			266	36			6				28			16										
94	30			265	30			3										93	54			266	6			5				26			27										
95	0			265	0			2										94	24			265	36			4				24			14										
95	30			264	30			1										94	54			265	6			3				21			28										
96	0			264	0			0										95	24			264	36			2				17			54										
																		95	54			264	6			1				12			57										
																		96	24			263	36			0				0			0										

LIBER VI

Tabulæ eclypsum lunarium
In maxima distantia

Tabulæ eclypsum lunariū
In minima distantia

1 ^a		2 ^a		3 ^a		4 ^a		5 ^a		1 ^a		2 ^a		3 ^a		4 ^a		5 ^a	
Latitudinis Numeri		Digiti		Incidentię Partes		Moꝝ Medietas				Latitudinis Numeri		Digiti		Incidentię Partes		Moꝝ Medietas			
S	M	S	M	M 2 ^a		M 2 ^a				S	M	S	M	M 2 ^a		M 2 ^a			
79	12	280	48	0	0	0				77	48	282	12	0	0	0			
79	42	280	18	1	16	59				78	22	281	38	1	19	9			
80	12	279	48	2	23	43				78	56	281	4	2	26	45			
80	42	279	18	3	28	41				79	30	280	30	3	32	20			
81	12	278	48	4	32	42				80	4	279	56	4	36	53			
81	42	278	18	5	36	6				80	38	279	22	5	40	42			
82	12	277	48	6	39	1				81	12	278	48	6	43	59			
82	42	277	18	7	41	34				81	46	278	14	7	46	53			
83	12	276	48	8	43	50				82	20	277	40	8	49	25			
83	42	276	18	9	45	48				82	54	277	6	9	51	40			
84	12	275	48	10	47	35				83	28	276	32	10	53	39			
84	42	275	18	11	49	9				84	2	275	58	11	55	25			
85	12	274	48	12	50	31				84	36	275	24	12	56	59			
85	42	274	18	13	40	35	11	9		85	10	274	50	13	45	47	12	34	
86	12	273	48	14	37	28	15	20		85	44	274	16	14	42	15	17	17	
86	42	273	18	15	35	30	18	12		86	18	273	42	15	40	2	20	32	
87	12	272	48	16	34	6	20	22		86	52	273	8	16	38	28	22	58	
87	42	272	18	17	33	7	22	0		87	26	272	34	17	37	20	24	49	
88	12	271	48	18	32	23	23	14		88	0	272	0	18	36	37	26	1	
88	42	271	18	19	31	51	24	8		88	34	271	26	19	35	55	27	13	
89	12	270	48	20	31	32	24	4		89	8	270	22	20	35	34	27	42	
89	42	270	18	21	31	22	25	1		89	42	270	18	21	35	22	28	12	
90	0	270	0	pfecte	31	20	25	4		90	0	270	0	pfecte	35	20	28	6	
90	18	269	42	21	31	22	25	1		90	18	269	42	21	35	20	28	12	
90	48	269	12	20	31	32	24	4		90	52	269	8	20	35	34	27	42	
91	18	268	42	19	31	51	24	8		91	26	268	34	19	35	55	27	13	
91	48	268	12	18	32	23	23	14		92	0	268	0	18	36	37	26	1	
¶ VM AD HAEC sequatur: ut periodicos Mercurii motus/ ad inueniendos locos eius constituamus longitudinis quidem motus hoc est quibus æqualiter circa. G. punctum epicyclus fertur/ a solaribus motibus iam datos habemus: Motus autem inæqualitatis id est quibus stella in epicyclo circa centrum eius circūducitur/ a duabus obseruationibus minime ambiguis capimus/ quarum alteram nos ipsi obseruauimus/ alteram a priscis accepimus. ¶ Ipsi enim perspeximus stellam Mercurii secundo Antonini anno qui fuit annus. 886. A nabonassaro epiphi sm̄ ægyptios/ die secūdo sequēte tertio p̄ astralobicū istrumētū/ cū nōdū ad maximā differētiā uesp̄tinā puenisset/ p̄spectusq; ad stellā: q̄ est ī chorde leonis/ cernebat̄. 17. 30. geminorū ḡdus obtinere/ qm̄ etiā a cetro lunæ p̄ gradū unū/ sexagesimas. 10. posterior erat. Erat autē t̄ps ī Alexādia ante mediā noctē diei tertiæ horis æqualib⁹. 4. 30. duodecim⁹ eni gradus capricorni ī medio cœ

Io secundū astrolabiū collocabat/erat enim sol in.23.gra.tauri obtinebatq;
 medius motus eius in illa hora (secundū demonstratas nobis suppositio/
 nes).22.34.Tauri gra.lunæ uero 8̄. geminorū.12.14.in æq̄litate autē maxi
 ma epicycli longitudine gra.28.20.Ex istis igitur uerus quidē motus cen/
 tri lunæ in.17.10.geminorum esse colligitur/apparēs autem in.16.20. qua/
 re stella mercurii (quoniam lunam ipsam uno gradu /&.10.sexagesimis p̄
 cedebat) in.17.30.geminorum gradibus erat. ¶ Hoc ita supposito fit per
 maximam & minimam longitudinem diameter.A.B.C.E.cuius.A. pun/
 ctum in maxima sit longitudine.B. autem sit punctum circa quod excen/
 trici centrum ad præcedentia circumfertur.C. uero ad quod epicycli centrū
 ad successionem signorum progreditur:&. D. sit centrum zodiaci. Mo/
 tumq; sit.F.epicycli centrum circa.C.punctum a linea.G.F.per angulum
 A.C.F.circa.B. autem.I.centrum excentrici a linea.B.I. per angulum.A.
 B.I. qui semper propter æqualitatem motuum æqualis est angulo.A.C.
 B.I. qui semper propter æqualitatem motuum æqualis est angulo.A.C.
 F.descriptoq; circa.F.epicyclo.T.C.L. supponatur stellā esse in.L. & con/
 iungantur.C.I.&.I.F.&.D.F.&.F.L.&.D.L.lineæ & deducatur ad lineā
 quidē.C.F.T.producta; a punctis.I.&.D.perpendicularares.I.M.&.D.N.
 ad lineam uero.D.L.perpendicularis.F.X.propositumq; fit inuenire arcū
 epicycli a puncto.T.Maximæ lōgitudinis ad.L.stellæ locū in epy. ¶ Qm̄
 igit̄ medius sol.22.34.gradus tauri:minima uero stellæ lōgitudō decimū
 Arietis gradū tunc obtinebat: ut medius stellæ secundum longitudinem
 mot⁹ distaret a minima longitudine gradibus.42.34.erit.G.B.I. angulus
 talium.42.34.qualium quatuor recti sunt.360.qualium uero duo recti
 sunt.360.talium.85.8.uterq; autem angulorum.B.I.C.&.B.C.I. quoniā
 B.C.linea semper æqualis est lineæ.B.I. earundem.137.26. quare descri/
 pti circa.B.C.I.triangulum circuli arcus quidem chordæ.I.C.talium est
 85.8.qualium ipse circulus.360.arcus uero chordæ.B.C.137.26. earūdem
 chordæ quoq; suæ.C.I. quidem talium erit.81.10. Qualium ē ipsius circuli
 diameter.120.B.C. autem.111.49. earundem/ ergo. C.I. quoq; linea ta/
 lium erit.2.11.qualium est.B.C.trium. ¶ Rursus quoniam. B.C.I. angu/
 lus talium est.137.26.qualium duo recti sunt.360.angulus uero.B.C.M.
 85.8.earundem/erit etiam angulus.I.C.M.reliquarum.52.18. quare arcus
 quidem chordæ.I.M. Talium est.52.18. qualium est circulus qui.C.I.M.re/
 ctangulo circumscribitur.360.arcus uero chordæ.G.M.reliquarum ad fe/
 micirculum.127.42.chordæ igitur etiam suæ.I.M. quidem talium est.52.
 53.qualium est.C.I. quæ rectum angulum subtendit.120.C.M. uero.107.
 43.earundem: Quare qualium est.I.C. linea.2.11. &. I.F. semidiameter deferentis
 epicycli.60.talium etiam est.I.M.0.58.&.C.M.1.58. Iccirco etiam linea.M.F.
 quæ indifferente aliquo est minor q̄.I.F. earundem erit.60. & reliqua. G.F. linea
 quæ indifferente quoniam.D.C.N. angulus talium est.85.8.qualium duo recti sunt
 58.2.similiter quoniam.D.C.N. angulus talium est.85.8.qualium duo recti sunt
 360.erit etiam arcus chordæ .D.N.talium.85.8.qualium est circulus qui.C.D.N.
 rectangulo circumscribitur.360.arcus uero chordæ.C.N.reliquarum ad semicircu/
 lum.94.52.chordæ igitur etiam suæ.D.N. quidem talium erit.81.10. qualium est
 C.D. qua rectus angulus subtenditur.120.C.I. uero.88.23.earundem/qualium igitur
 C.D. quidem.3.&.G.F.58.2.demonstrata talium erit.D.N.2.2.&.C.N.2.13.
 tur est.C.D. quidem.3.&.G.F.58.2.demonstrata talium erit.D.N.2.2.&.C.N.2.13.
 &.N.F.55.49.reliquarū & propterea. D.F. quoq; q̄ rectus angulus subtendit talium
 55.51.proxime qualium est epicycli etiā semidiameter.22.30. qualium ergo est.D.F. linea
 qua rectus angulus subtendit.120.talium etiā erit. D.N.chordæ.4.22.& arcus suus ta/
 liū.4.11. qualium est circulus qui.D.F.N. rectangulo circūscribit.360. quare angulus
 quoq; D.F.N. talium est.4.11. qualium duo recti sunt.360. Totus uero angulus.E.D.F.
 89.19. est autē ad hęc angulus quoq; totus.E.D.L.135.earundem propterea q̄ stella
 tunc.67.30. distare a maxima longitudine apparebat/angulus uero.F.D.L. reliqua
 rū partium.45.41. quare arcus quoq; chordæ.F.X. talium est.45.41. qualium est cir/
 culus qui.D.F.X. rectangulo circūscribitur.360. ipsa uero linea.F.X. talium.46.35.
 qualium est.D.F. Quæ rectum angulum subtendit.120. qualium ergo est.D.F. linea




55.51.& F.L. semidiameter epicycli. 22.30. talium. F.X. erit. 21.41. qualium uero. F.L. qua rectus angulus subtenditur est. 120. talium rursus. F.X. erit. 115.39. quare arcus etiā chordæ. F.X. taliū est. 149.2. qualium est circulus qui rectangulo. F.L.X. circumscribitur. 360. & angulus. F.L.X. talium. 149.2. qualium duo recti sunt. 360. demonstratus autē est etiā angulus. F.D.L. 45.41. & angulus. T.F.C. 4.11. Quare totus. T.F.L. talium quidem est. 198.54. qualiū duo recti sunt. 360. Qualium uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 99.27. quare arcus epicycli. T.C.L. quo in obseruatione mercurii stella distabat a puncto. T. maximæ longitudinis graduum est. 99.27. ¶ Rursus 21. anno secundū Dionisium quod tempus est annus. 484. a Nabonaffaro / scorpionis die. 22. secundū ægyptios thot. 18. sequente. 19. Mercurius matutinus distabat a linea quæ est per borealem frontē scorpionis: & per medium ad præcedentia lunā unam ad septentrionem uero distabat a fronte boreali per duas lunas sed media stellarum quæ sunt in fronte scorpionis (secundum nostra principia) obtinebat tunc gradus scorpionis. 1.40. quantū etiam est australior a circulo per medium signorum borealissima uero erat in gradibus scorpionis. 2.20. & est borealior q̄ circulus per medium gradus. 1.20. proxime patet autem q̄ nondum in maximam distantiam matutinam peruenerat propterea q̄ post quatuor dies. 26. mensis scorpionis distabat (ut conscribitur) ab eadem linea ad successionem unam integre lunam & dimidiam maior igitur est facta distantia: Cum sol quatuor proxime gradibus motus sit: & stella per unam lunam & dimidiam obtinebat autem medius sol die. 19. thot in mane secundum nos. 20.50. gradus scorpionis / maxima uero stellæ longitudo sextum libræ gradum: anni enim fere. 400. q̄ fuerunt inter duas obseruationes quatuor proxime graduum maximæ longitudinis motum faciunt. ¶ His ita suppositis describatur figura

superiori similis sic tamen ut propter motuū dissimilitudinem & anguli q̄ sunt ad. A. maximam longitudinem acuti describantur: & lineæ quib⁹ stellæ coniunguntur sint ad epicycli præcedentia: & perpendicularis. F.X. supra F.L. epicycli semidiameter: quoniā igitur medius stellæ motus. 44.50. gradibus distabat a maxima longitudine / erit profecto. A.B.I. angulus talium 44.50. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 89.40. Reliquus igitur. G.B.I. erit etiam. 270.20. uterq; autem angulorum. B.G.I. & B.I.G. 44.50. earundem qua propter chordæ quoq; suæ. C.I. quidem talium erit. 84.36. qualium est diameter circuli. B.C.N. triangulo descripti. 120. utraq; uero linearum. B.C. & B.I. 45.46. earundem qualium igitur utraq; linearum. B.C. & B.I. trium talium. C.I. erit 5.33. ¶ Rursus quoniam angulus. A.C.F. talium esse suppositus est. 89.40. qualium duo recti sunt. 360. & B.C.I. 44.50. similiter totus autem F.C.I. 134.30. colligitur erit profecto arcus chordæ. I.M. talium. 134.30. qualium est circulus qui rectangulo. G.I.M. circumscribitur. 360. arcus uero chordæ. G.M. reliquarum ad semicirculum. 45.30. chordæ igitur etiam suæ. I.M. quidem erit talium. 110.40. qualium est. G.I. qua rectus angulus subtenditur. 120. G.M. autem. 46.24. earundem: Qualium igitur est. G.I. linea. 5.33. hoc est. F.N. semidiameter excentrici. 60. talium etiam. I.M. erit. 5.7. & G.M. 2.10. Iccirco etiam. F.M. colligitur. 59.47. earundem per longitudinem. tota autem linea. F.M.G. 61.57. similiter quoniam angulus quoq; D.G.N. talium est. 89.40. qualium duo recti sunt. 360. erit etiā arcus chordæ. D.N. talium. 89.40. qualium est circulus qui. G.D.N. rectangulo circumscribitur. 360. arcus autem chordæ. G.N. reliquorum ad semicirculum graduum. 90.20. chordæ igitur quoq; suæ. D.N. quidem talium est 84.36. qualium. G.D. qua rectus angulus subtenditur. 120. G.N. autem. 85.10. earundem qualiū ergo est. G.D. linea. 3. talium est. D.N. 2.7. & C.N. 2.8. & F.G.N. tota. 64.5. Iccirco etiam. F.D. quæ rectum angulum subtendit. 64.5. quare qualiū est. F.D. linea. 120. talium erit. D.N. 3.58. & arcus eius talium. 3.48. qualium est circulus qui. F.D.N. rectangulo circumscribitur. 360. & erit angulus. F.D.N. 176.12. Angulus etiam. D.F.N. talium est. 3.48. qualiū duo recti sunt. 360. & reliquus. A.D.F. 85.52. earundem. Sed angulus quoq;

Secundū Dionisium
Scorpionis mense.

Lunā unā. i. secundū unius
Diametri lunaris quātitatē



A. D. L. 54. 40. earundem esse suppositus est/ propterea q̄ stella in obseruatione. 27. 20. gradibus a maxima longitudine distabat. Vt reliquus eē angulus. F. D. L. 31. 12. talium reliquarum qualium duo recti sunt. 360. quare arcus etiam chordæ. F. X. talium est. 31. 12. qualium est circulus qui. F. D. X. rectangulo circumscribitur. 360. ipsa uero linea. F. X. talium. 32. 16. qualium est. D. F. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium igitur est. D. F. linea. 64. 7. hoc est. F. L. epicycli semidiameter. 22. 30. Talium. X. F. linea erit. 17. 15. 3. qualium uero. F. L. Qua rectus angulus subtenditur. 120. erit ipsa. F. X. 92. partes proxime/ arcus igitur etiam chordæ. F. X. talium est. 100. & sexagesimarum. 8. qualium est circulus qui. F. L. X. rectangulo circumscribitur. 360. Qui autem est sub. F. L. X. angulus talium est. 108. qualium duo recti. 360. Sed angulus etiam. F. D. L. 31. 12. earundem demonstratus est. & T. F. C. 3. 48. similiter: quare. C. F. L. quoq̄ reliquis talium quidem est. 65. 8. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 32. 34. ¶ Distabat ergo etiam secundum hanc obseruationem mercurius ex. C. quidem minima epicycli longitudine gradibus. 32. 34. Ex maxima uero longitudine gradibus. 212. 34. demonstratus autem est distare a maxima similiter epicycli in tempore nr̄e obseruationis gra. 99. 27. & fuit tempus inter duas obseruationes ægyptiacorum annorum. 402. & dierum. 283. & horarum. 13. 30. proxime/ quod quidem tempus integras inæqualitatis restitutiones stellæ huius. 1268. continet/ nam cum. 20. ægyptiaci anni. 63. proxime contineat restitutiones/ colliguntur in annis quadringentis. 1260. reliqui autem duo anni simul cum dierum numero alias octo integras continent/ quare perspicuum nobis factum est q̄ in annis ægyptiacis. 402. & diebus. 283. & horis. 13. 30. Mercurii stella ad integras. 1268. restitutiones: & 246. 53. gradus adidit. Quot gradibus obseruatio nostra præscam excedebat totidem autem ferme post integros circulos per tabulas nobis expositas gradus colliguntur/ ab his enim ipsis periodicos mercurii motus emendauimus dato tempore in dies resoluto/ inæqualitatis uero circulis in gradus gradibus & additis qui post integros circulos superfuerant: Multitudine namq̄ graduum per multitudinem dierum diuisa/ diurnus inæqualitatis mercurii motus ille colligitur. Qui nobis expositus est.

¶ De locis periodicorum motuum Mercurii.

Cap. XI.



ITIGITVR sicut in sole ac luna/ sit etiam i quinq̄ planetis locos ipso r̄u ad primum Nabonassari annum thot/ secundum ægyptios/ die primo in meridie constituamus: cæpimus tempus ab anno illo ad antiquiorē & propinquiorem obseruationem/ id est annorum ægyptiorū. 483. dierum. 17. & horarum. 18. 20. proxime colligitur/ cui tempori post integros circulos in medio inæqualitatis motu ascribuntur grad. 190. 39. quos si subtraxerimus a gradibus maximæ longitudinis. 212. 34. quos in tempore obseruationis inuenimus: habebimus In primo Nabonassari anno thot/ secundum ægyptios die prima in meridie/ inæqualitatis quidē a maxima epicycli longitudine gradus. 21. 55. longitudinis uero (sicut in sole) piscium. 0. 45. maximam uero excentricitatis longitudinē in. 1. 10. gra. libræ cētesima enim pars propositorum annorū partiū est. 4. 50. proxime quibus. 1. 10. excidit ab obseruationis gradibus libræ sex.

¶. I. I. 10. 12.

INCIPIT LIBER .X. MAGNAE COMPOSITIONIS PTOLEMAEI.

¶ Demonstratio maximæ longitudinis stellæ Veneris. ¶.

Cap. I.



ED MERCVRII quidē suppositiones inæq̄litateq̄ magnitudines: & periodicorū motuū quantitates/ lociq̄ ei hoc modo a nobis capti sūt/ in Veneris autē stella primū rursus q̄ suū i q̄ pte circuli p mediū signorū maxia & mima excētricitatis lōgitudinē iuēret p æq̄les ad eādē pte maximas distātiās: quā qdē ad rē p̄scas obseruatiōes nō potuim⁹ exq̄sitas hēre: Sed ab obseruationib⁹ nr̄i t̄pis hæc nobis

Theon Mathematicus

inuestigata sunt. ¶ Inuenimus enim conscriptam obseruationē in his quas Theon Mathematicus nobis dedit in .16. anno Adriani pharmoni secūdu ægyptios die 21. sequente. 22. quando inquit uespertina uenus plurimum distabat a sole mediū uergiliarum præcedebat per ipsarum uergiliarū longitudinem/uidebatur autē paulo australior q̄ ipsæ sint/ quoniā igitur uergiliarum media tunc secūdu nostra principia tres gradus tauri obtinebat estq; longitudo ipsarū gradus unius. 30. q; proxime sexagesimarum patet quia stella ueneris unū gradū trigintaq; sexagesimas tauri tunc obtinebat: quare quoniā medius sol i. 14. 15. gradibus piscium erat/ uespertina maxima a medio motu distantia. 47. 15. graduum fuit. ¶ Nos quoq; obseruauimus anno antonini. 4. Thoth secūdu ægyptios die. xi. sequente. 12. stellam ueneris matutinā maxime distare a sole: & aberat a medio geminorum genu ad septentrionem atq; orientem per mediam lunam: erat autem stella fixa tunc secūdu nos in gradibus geminorum. 18. 15. itaq; ♀. stella in. 18. 30. gradibus proxime fuit: Quare matutina quoq; maxima distantia. 47. 15. graduum fuit. ¶ Quoniam igitur in priore obseruatione medius motus erat in. 14. 15. gradibus piscium. In posteriore in. 5. 45. gra. Leonis: & punctum circuli per medium quod inter hos gradus est. In. 25. grad. Tauri atq; scorpionis inuenitur: ad hæc puncta diameter quæ per maximam & minimā longitudinē est certe perueniet. ¶ Similiter in obseruationibus Theonis iuuenimus q̄ in. 2. anno Adriani/athir/ secūdu ægyptios/ die. 21. sequētis. 22. distabat stella ueneris matutina plurimum a sole/ distabatq; a stella quæ est in sumitate australis alæ uirginis per longitudinem uergiliarum/ uel tanto minus quanto est magnitudo sua. Videbaturq; borealior per lunam unam: quoniam igitur stella fixa. 28. 55. gradus leonis tunc/ secūdu nos/ obtinebat: Vt stella ueneris. 20. proxime unius gradus sexagesimas uirginis obtineret: & medius sol libræ. 17. 52. Maxima distantia matutina a medio motu graduum fuit. 47. 32. ¶ Nos autem. 21. anno Adriani mechir/ secūdu ægyptios/ nono sequente. 10. uesperti obseruauimus stellam ueneris maxime distare a sole/ præcedebatq; borealissima earum quæ in quadrilatera sunt figura post succedentem quæ ad rectam lineam est/ cum stellis quæ sunt in genibus aquarii duabus lunæ plenæ partibus/ Videbaturq; splendore suo stellam obtegere/ quoniam igitur rursus stella. 20. gradus Aquarii tunc secūdu nos obtinebat/ stellaq; propterea ueneris in. 19. 36. gradibus eiusdem erat/ Medius autem sol in capricorni gradibus. 2. 4. facta fuit etiam hic maxima uespertina a medio motu distantia graduum. 47. 32. sunt autem puncta circuli per medium inter hos gradus. 17. 52. libræ/ secūdu primam obseruationem/ & 2. 4. capricorni secūdu alteram. In. 25. gradu proxime rursus tauri atq; scorpionis.

Anno. 4. Antonini.

☉	18	15	♄
☉	18	30	♄
☉	5	45	♄

☉	28	55	♄
☉	0	20	♄
☉	17	52	♄
☉	47	32	Dis. a ☉

De æpicycli ueneris magnitudine.

Cap. II.


De magnitudine epy. ♀



VOD igitur nostris tēporibus maxima & minima excentricitatis longitudo in. 25. gra. tauri & scorpionis fit/ per hoc nobis perceptum est. Sed quesuimus rursum cōsequēter maximas distantias quæ fiunt cum sol medius in. 25. gra. tauri & in. 25. scorpionis circiter fit. ¶ In obseruationibus igitur quas Theon nobis tradidit inuenimus q̄ in. 13. anno Adriani secūdu ægyptios epiphi die 2^a sequente tertia. Stella ueneris matutinā plurimam distabat a sole præcedens lineam quæ est per antecedentem de tribus quæ sunt in capite Arietis: & per eā quæ ē in posteriore crure per gradū unū & sexagesimas. 24. faciebatq; distantiam ad præcedentem earum quæ sunt in capite duplam ad illam quæ fuit ad fixam quæ est in crure obtinebat autem hanc præcedens quidem de tribus quæ sunt in capite Arietis gradus. 6. 36. & est borealior circulo per medium gradibus. 7. 20. ¶ Stella uero quæ est in posteriore arietis crure grad. 9. 45. & est australior circulo per medium gradibus. 5. 15. ¶ Veneris ergo stella. 10. gradus. & 36. sexagesimas Arietis obtinebat & erat australior circulo per medium grad. 1. 30. Quoniam igitur medius etiam sol tunc obtinebat grad. Tauri. 25. 24. colligitur maxima a medio motu distantia grad. 44. 48. ¶ Nos etiam obseruauimus. 21. anno Adriani Tybi secūdu ægyptios die secunda sequente. 3. uesperti stellā ueneris primā a sole

Abis. ♀ 25 8
Tempore Ptolamæi.


distante. Quæ ad eas perspecta fixas quæ sunt in cornibus capricorni obtinere cerne batur gradus Capricorni. 12. 50. eratq; medius sol tunc in gra. scorpionis. 25. 30. ut hic maxima a medio motu distantia colligatur graduum. 47. 20. perspicuumq; factum sit q; maxima longitudo in. 25. grad. Tauri est: & minima in. 25. scorpionis. Hinc etiam nobis patuit q; stabilis est ad sensum excentricus qui epicyclum ueneris defert propter quod in nullo circulo per medium ambæ utrinq; a medio motu distantia minores inueniantur ambabus quæ in Tauro fiunt. Sed nec maiores alicubi ambabus quæ fiunt in scorpione. ¶ His ita suppositis: sit circulus excentricus. A. B. C. in quo semper ueneris epicyclus circumfertur eiusq; diameter sit. A. C. in qua excentrici quidam centrum sit. D. zodiaci uero sit. E. punctum uero. A. sit sub ipso gradu Tauri. 25. describaturq; in. A. & in. G. punctis æquales epicycli in quibus. F. & I. protrahanturq; tangentibus. E. F. & E. I. lineis: coniungantur lineæ. A. F. & G. I. quoniam igitur angulus. A. E. F. qui est in centro zodiaci subtendit maximam distantiam stellæ quæ in maxima longitudine inuenitur: quæq; graduum est. 44. 48. erit perfecto ipse talium. 44. 48. qualium quatuor recti sunt. 360. Qualium uero duo recti sunt 360. Talium. 89. 36. quare arcus etiam chordæ. A. F. Talium erit. 89. 36. qualium est circulus qui. E. A. F. rectangulo circumscribitur. 360. chorda uero eius. A. F. talium. 84. 33. proxime qualium est. A. E. quæ rectum angulum subtendit. 120. similiter quoniã angulus. G. E. I. subtendit maximam distantiam quæ est in minima longitudine quæq; graduum esse supponit. 47. 20. erit perfecto ipse talium. 47. 20. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 44. 40. qualiũ est circulus qui. G. E. I. rectangulo circumscribitur. 360. ipsa uero chorda. G. I. taliũ. 88. 13. proxime qualium est. E. C. quæ rectum angulum subtendit. 120. qualium est igitur G. I. hoc est. A. F. epicycli semidiameter. 84. 33. & A. E. linea. 120. talium erit. E. C. 115. 1. tota uero. A. C. 235. 1. Medietas autem eius. A. D. 117. 30. proxime quare qualiũ est. A. D. semidiameter excentrici. 60. talium erit. D. E. quæ est inter centra. 115. proxime. A. F. autem semidiameter epicycli. 43. 10.



De proportionibus excentricitatis stellæ ueneris. Ca. III.

UERM quoniam non patet utrum ad. D. punctum æqualis epicycli motus efficiatur: duas etiam hic cepimus maximas distantias ad contraria quom medius solis motus quartam utrinq; partem a maxima longitudo distaret. ¶ Quarũ alterã obseruauimus i anno. 18. Adriani phar mothi secundũ ægyptios die. 2. sequente. 3. quãdo stella ueneris matutina plurimũ distabat a sole: perspectaq; ad fixam quæ uocatur Antares obtinebat gradus capricorni. 11. 55. medius uero sol erat in gra. 25. 30. aquarii: ut maxima a medio motu matutina distantia fuerit gra. 43. 35. ¶ Alteram autem tertio antonini obseruauimus anno phar mothi (fm ægyptios) die quarta sequente quinta quãdo ueneris stella plurimum distabat a sole perspectaq; ad fulgẽte succularũ obtinebat. 13. 50. gradus arietis: erat autẽ medius sol in gradibus aquarii rursus. 25. 30. itaq; uespertina a medio motu distantia maxima graduum fuit. 48. 20. ¶ His suppositis: super maximã et minimã longitudinem excentricitatis diameter. A. B. C. sitq; A. punctũ sub ipso. 25. gradu tauri. B. uero sit centrũ zodiaci: propositũq; sit: id centrũ inuenire: ad quod æquale epicycli motũ fieri asserimus: sitq; punctũ. D. & protrahatur ab ipso. D. E. perpendicularis ad. A. G. ut medius epicycli motus quartam partem a maxima longitudine distet. Sicut etiam in obseruationibus: capiaturq; in ipsa (secũdũ expositas obseruationes). E. centrũ epicycli circa quod descripto. F. I. epicyclo protrahant a puncto. B. tangens ipsiũ. B. F. & B. I. lineæ: & coniungant lineæ. B. E. & E. F. & E. I. quoniã igitur (secũdum expositum medium motum) matutina quidem maxima a medio motu distantia graduum erat. 43. 35. Vespertina uero. 48. 20. erit totus. F. B. I. angulus talium. 91. 55. qualium quatuor recti sunt. 360. Medietas ergo eius hoc est angulus. F. B. E. talium est. 91. 55. qualium duo recti sunt. 360. quare arcus chordæ. E. F. talium est. 91. 55. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. F. circumscribitur. 360. ipsa uero linea. E. F. talium. 86. 16. qualium est. B. E. qua rectus angulus subtendit. 120.

Adriani. 18. Anno.





qualium igitur est. E. F. semidiameter epicycli. 43. 10. taliū erit. B. E. 60. 3. ¶ Rursus quoniā ppositarum maximarū distantiarū excessus. 4. 45. bis continet differentiam quæ tunc penes zodiaci erat in æqualitatem/ quæ ab angulo. B. E. D. continet erit pfecto ipse. B. E. D. angulus taliū. 2. 22. 30. qualiū quatuor recti sunt. 360. Qualiū uero duo recti sunt. 360. talium. 4. 45. quare arcus lineæ. B. D. talium erit. 4. 45. qualium est circulus: qui rectangulo. B. E. D. circumscribitur. 360. Ipsa uero linea. B. D. taliū 4. 59. proxime qualium est. B. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium est ergo. B. E. linea. 60. sexagesimarūq; triū & semidiameter epicycli. 43. 10. taliū etiā. B. D. erit. 2. 30. proxime. ¶ Demonstrata est autem linea etiam quæ est inter centra zodiaci & excentrici in quo semper centrum epicycli est. 1. 15. earundē: medietas ergo ē lineæ. B. D. si ergo in duo æqualia. B. D. lineā in puncto. T. diuidamus: demonstratum habebimus qualium est. T. A. semidiameter deferētis epicyclum excentrici. 60. talium etiam utranq; B. T. & T. D. quæ sunt inter centra. 1. 15. semidiameter uero epicycli. E. F. 43. 10. quæ erat nobis demonstranda.

De emendatione periodicorum ueneris motuum.




ED MODVS quidē suppositionis proportionēsq; in æqualitatū hoc modo nobis captæ sunt. ¶ Rursus autē propter periodicos stellæ motus locosq; ipsos/ duas non ambiguas capimus obseruationes. Alteram de nostris/ alterā de priscis. ¶ Obseruauimus enī nos secūdo anno Antonini tybi (secundū ægyptios). 9. sequēte. 30. per astrolabiū/ stellā ueneris ad fixam quæ uocat spica post matutinā maximā distantiam/ perspiciēbaturq; obtinere. 1. 30. gradus scorpionis: /erat etiā tunc inter borealissimam fixararum quæ sunt in fronte scorpionis: & centrum lunæ apparens eratq; ad rectā/ cum istis lineā præcedebatq; ipsa lunæ centrū per sesquialteram proportionē spatii/ quo borealissima in scorpionis fronte ipsam præcedebat/ erat autē fixa secūdo nostra principia in gradibus scorpionis. 6. 20. borealior circulo per mediū gradus. 1. 20. tēpus erat post mediam noctem horis æqualibus. 4. 45. nā sol 1. 23. gradu sagittarii esset erat/ secundū astrolabiū in medio celo. 2. gra. uirginis/ quo quidem in tēpore sol. 22. 9. sagittarii gra. medio motu obtinebat/ luna uero. 11. 24. scorpionis/ in æqlitatis autē a maxima longitudine gradus. 87. 30. & latitudinis a boreali termino. 12. 22. centrū itaq; ipsius. 5. 45. scorpionis gradus exacte obtinebat: & borealius circulo per medium erat gra. 5. pspiciebat aut in alexandria per longitudinem quidē. 6. 45. scorpionis gradus obtinere/ borealius uero esse circulo per medium gradus. 4. 40. erat igit etiam propter hæc stella ueneris in. 6. 30. gradibus scorpionis/ eratq; borealior circulo per mediū gradib; 9. 2. 40. ¶ His suppositis sit. A. B. C. D. E. diameter per maximam longitudinē: & A. quidē sit sub ipso gradu Tauri. 25. B. uero sit centrū ad quod epicyclus æqualiter mouetur. C. autē sit centrū excentrici in quo centrū epicycli defertur: & D. sit centrū zodiaci: quoniā igitur medius sol in obseruatione obtinebat sagittarii gradus. 22. 9. sic medius etiam epicycli motus distabat a minimæ longitudinis puncto ad successiōne gradibus. 27. 9. supponat centrū eius esse in. F. descriptoq; circa ipsum epicyclo. I. T. C. coniūgan tur lineæ. D. F. I. & C. F. & B. F. T. deinde a punctis. C. & D. ad lineā. B. F. ppendiculares. C. L. & D. M. producantur/ stellaq; ipsa supposita in. C. & F. C. lineæ: & deducantur ad lineā. D. C. perpēdicularis. F. N. propositūq; sit inuenire arcum. T. C. quo stella a puncto. T. hoc est a maxima epicycli longitudine distabat: quoniā ergo angulus. E. B. F. taliū est. 27. 9. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 54. 18. erit etiam arcus lineæ. C. L. taliū. 54. 18. qualium est circulus qui. B. C. L. rectangulo circūscribitur. 360. Arcus uero lineæ. B. L. reliquarū ad semicirculum. 125. 42. chordæ igitur etiam suæ. C. L. quidem taliū erit. 54. 46. Qualiū est. B. C. qua rectus angulus subtenditur. 120. B. L. autem. 106. 47. earundē dem/





dem. Qualium igitur est. B. C. linea. 1. 15. & G. F. semidiameter eccentrici. 60. talium
 G. L. quidem. 0. 34. B. L. autem. 1. 7. & quoniam si quadratum linea. C. L. subtraha
 tur a quadrato linea. G. F. reliquitur quadratum linea. F. L. erit etiam ipsa. F. L. 60.
 proxime earundem. Est autem etiam linea. M. L. æqualis linea. L. B. linea uero. D. M.
 dupla ad lineam. G. L. Propterea quod G. B. quoque linea æqualis est linea. G. D. erit igitur
 etiam. F. M. reliquarum. 58. 53. D. M. autem. 1. 8. earundem. Qua propter est. F. D. qua
 rectus angulus subtendit. 58. 54. proxime qualium igitur est. F. D. linea. 120. taliu
 am. D. M. erit. 2. 18. & arcus suus talium. 2. 12. qualium est circulus qui triangulo. D. F.
 M. circumscribitur. 360. Quare angulus etiam. B. F. D. talium erit. 2. 12. qualium duo re
 cti sunt. 360. quare totus angulus. E. D. F. erit. 56. 30. earundem. Est autem angu
 lus quoque. C. D. E. taliu. 18. 30. qualium quatuor recti sunt. 360. Totidem enim gra
 dibus stella (sem obseruatione) est minimæ longitudinis punctu hoc. 25. Scorpionis gra
 dum precedebat. Qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 37. Quare totus est an
 gulus. E. D. F. talium est. 93. 30. qualium duo recti sunt. 360. Arcus uero linea. F. N.
 talium. 93. 30. Qualium est circulus qui rectangulo. D. F. N. circumscribitur. 360. chor
 da igitur etiam. F. N. talium est. 87. 25. qualium est. F. D. linea. 120. qualiu uero. 58. 54.
 id est qualium est. F. D. semidiameter epicycli. 43. 10. talium. 42. 54. ita qualium est
 F. C. qua rectus angulus subtenditur. 120. talium etiam. F. N. erit. 119. 18. & arcus su
 us taliu. 167. 38. qualium est circulus qui rectangulo. F. C. N. circumscribitur. 360. qua
 re angulus quoque. F. C. D. talium est. 167. 38. qualium. F. D. C. angulus supponitur
 93. 30. Angulus uero. C. F. I. totus. 261. 8. Sed angulus quoque. B. F. D. id est angulus
 I. F. T. demonstratus est earundem esse. 2. 12. Reliquus igitur etiam Angulus. T. F. C.
 taliu erit. 258. 56. qualiu duo recti sunt. 360. qualiu uero quatuor recti sunt. 360. taliu
 129. 28. quare stella Veneris in proposito tempore distabat a puncto. T. maximæ longitu
 dinis epicycli ad precedentia quidem gradibus dictis. 129. 28. ad successionem uero sem motu
 quod ad suppositionem sequitur reliquis ad circulum unum. 230. 32. quod nobis erat inueniendum.
 De priscis aut obseruationibus illa cepimus quam Timocharis sic conscribit. Ter
 tiodecimo anno cum dimidio Philadelphi ait messori sem ægyptios die. 17. sequente
 18. hora. 12. Veneris stella cernebat exacte obscurasse oppositum præuidentiaci. quæ
 fixa sem nos est post illam quæ est in extremitate Australis Alæ Virginis. Hæc erat in
 primo anno Antonini in gradibus Virginis. 8. 15. Quoniam igitur annus obseruatio
 nis erat. 476. a Nabonassaro & usque ad imperium Antonini. 884. Ut annis. 408. qui
 fuerunt interea. 4. 5. proxime gradus sem fixarum sphaeræ & maximaru longitudinu
 motum congruant perspicuum est quia stella Veneris. 4. 10. gradus Virginis tunc ob
 tinebat. Minima uero eccentrici longitudo Scorpionis gradus. 20. 55. Fuit autem et
 iam hic Veneris stella ultra maximam distantiam matutinam progressa. diebus enim
 quatuor post obseruationem. 21. messori sequente. 22. (sem uerba Timocharidis) ob
 tinebat. Secundum principia nostra gradus Virginis. 8. 50. Medius uero solis motus.
 In priore quidem obseruatione. 17. 20. gradus Libræ obtinebat. In posteriore autem
 Libræ. 20. 59. quare distantia primæ obseruationis. 42. 53. graduum colligitur secun
 da uero. 42. 9. His datis similis rursus proponatur descriptio quæ tantum ad
 precedentia minimæ longitudinis habebat epicyclum. Propterea quod medius epicycli
 motus. 17. 20. libræ gradus obtinebat. & minima longitudo erat in gradibus Scor
 pionis. 20. 55. Quoniam iccirco angulus. E. B. F. taliu est. 33. 52. qualium quatuor re
 cti sunt. 360. & qualium duo recti sunt. 360. taliu. 67. 44. Erit profecto etiam arcus li
 neæ. G. L. talium. 67. 44. qualium est circulus qui rectangulo. B. C. L. circumscribitur.
 360. Arcus uero linea. B. L. 112. 16. reliquarum ad semicirculum. Chordæ igitur etiam suæ. G.
 L. quæ taliu. 66. 52. qualium est. B. C. qua rectus angulus subtenditur. 120. B. L. uero. 99.
 38. earundem. Quali u igitur est. B. C. linea. 1. 15. & G. F. semidiameter eccentrici. 60. taliu
 erit. G. L. 0. 42. & B. L. 1. 2. & quoniam si a quadrato linea. G. F. subtrahatur quadratu
 linea. F. L. erit etiam ipsa per longitudinem. 60. proxime earundem.
 Est autem propter eadem. B. L. linea. L. M. lineæ æqualis & D. M. Linea ad lineam. G. L. du
 pla. Erit ergo reliqua etiam. F. M. 58. 58. linea uero. D. M. 1. 24. earundem propter hoc etiam. F.
 D. qua rectus angulus subtenditur erit. 58. 59. proxime: quare quali u est. F. D. 120. tali
 um quoque erit chorda. D. M. 2. 51. & arcus eius taliu. 2. 44. quali u est circulus qui re

Almage.




æqualiter diuidit lineam quæ est inter duo centra. Zodiaci dico & eius quod epicycli circunductionem æqualem facit. In singulis enim etiam istorum secundum uniuersalem considerationem excentricitatis quæ constituitur ex magnitudine regressuum qui fiunt in maximis & minimis centri epicycli longitudinibus. Quæque per maximam inæqualitatis zodiaci differentiam inuenitur: dupla proxime esse percipitur. Sed demonstrationes quibus utriusque inæqualitatis magnitudines & maximas longitudes constituimus: cum non possint ut in illis duabus ita in his etiam adhiberi: propterea quæ omnem a sole distantiam possunt istæ distare: ac ideo non possit perspicuum ab observationibus fieri sicut in maximis a medio motu Mercurii uenerisque distantibus. Quando stella in contactu reperitur, perductæ a uisu nostro lineæ ad epicyclum ipsamque tangentes, cum igitur hoc non procedat: usi sumus diametralibus ipsarum oppositionibus ad medium solis motum obseruatis. Vnde primum excentricitatis proportionem & Maximas longitudes demonstramus. In motibus enim solummodo (qui hoc pacto considerantur) Inæqualitatem zodiaci separatam seorsum perspicimus inuenimus, cum nulla tunc (penes inæqualitatem) ad solem differentia fiat. ¶ Sit enim excentricus stellæ circulus A.B.C. in quo centrum epicycli defertur. Cuius centrum. D. & diameter (quæ per maximam longitudinem est.) Sit. A. G. In qua. E. quidem punctum / zodiaci centrum sit. F. autem centrum excentrici ad quem medius epicycli secundum longitudinem morus consideratur / descriptoque (circa. B. centrum) I. T. C. L. Epicyclo: coniungantur. F. L. B. T. & I. B. C. E. M. lineæ / dico igitur quæ quando stella (Secundum. E. C. I. lineam quæ est per. B. centrum epicycli) cernitur, Semper etiam medius solis motus in eadem linea erit / Cuius stella fuerit in. I. tunc medio motui solis coniungitur. Quoniam & ipsa ad punctum I. perspicitur: cum uero fuerit in. C. diametraliter sibi opponetur: quoniam ad punctum. M. perspiciebatur. Nam quoniam in singulis stellis istis Mediæ longitudinis inæqualitatisque distantia simul captæ medium solis motum (qui ab initio fuit) efficitur / estque angulus qui est. F. centro qui æquale longitudinis stellæ motum continet: & angulus qui est in. E. qui apparentem continet excessum semper angulus qui fit in. B. qui continet æqualem stellæ motum qui fit in epicyclo / patet quia quando stella est in. I. puncto deficiet a restitutione quæ est in puncto maximæ longitudinis. T. per angulum. I. B. T. qui subtractus ab angulo. A. F. B. facit angulum. A. E. I. Qui continetur a medio motu solis / & idem est angulo apparentis stellæ. Quando uero in. C. puncto est tunc mota erit rursus in epicyclo per angulum. T. B. C. Qui compositus cum angulo. A. E. C. faciet medium solis motum a puncto. A. Maximæ longitudinis / is motus semicirculum continet / & amplius. A. F. B. angulum deficiente angulo. L. B. C. hoc est angulum. G. E. M. In circo in talibus quidem aspectibus: tum linea quæ a centro epicycli. B. ad stellam protrahitur: tum linea quæ a puncto. E. hoc est a uisu nostro ad medium solis motum educitur. In unam & eandem utraqque lineam coincidunt. ¶ In ceteris autem omnibus distantibus quauis differentes faciant declinationes: semper tamen æquidistantes inter se sunt / nam si in quo uis situ in posita descriptione lineam rectam a centro. B. ad stellam protraxerimus: ut lineam. B. N. a centro autem. E. ad medium solis motum lineam. E. X. erit propter predicta. Angulus. A. E. X. utrisque angulis. A. F. T. & N. B. T. æqualis est autem etiam. A. F. T. utrisque. A. E. I. & I. B. T. æqualis / quare subtracto. A. E. I. angulo communi / reliquis. I. E. X. reliquo. I. B. N. æqualis erit / equi distans ergo est linea. E. X. lineæ. B. N. quoniam igitur in prædictis aspectibus / coniunctionibus dico atque oppositionibus qui ad medium solis motum considerantur stellam ita inuenimus per centrum epicycli perspicimus tanquam si non moueretur in epicyclo: sed situm in ipso. A. B. C. circulo haberet & a linea. F. B. æqualiter eodem modo quo centrum epicycli circunduceretur: patet quia possibile erit per huiusmodi demonstrare proportionem in æqualitatis zodiaci. Quæ propter excentricitatem fiunt. Cum autem aspectus coniunctionum tales cerni non possint: reliquum est ut per oppositiones demonstrationum doctrinam faciamus.





¶ In præfenti demonstratione ubi nos in zodiaci piferia aspirationis notam. H. de industria imprimendam iussimus, Trapezuntius noliter equiuocationis immemor. T. litterā annotauerat. Quod qdē Vranie Gauricana efficeret non dubitauit. Quoniā T. quoq; erat in centro eiusdem signiferi. ¶ Quo, circa textum quoq; caligare oportuit, Ne quispiā Ptolemæi studioli fortasse perplexus laboraret in equiuoco. ¶ Verum huiuscemodi equiuocatio seu difficultas apud græcos neutiq; accidit. Quis ō sit in centro. T. uero in circūferentia.


Tanq̄ si nulla differentia esset (de qua curandum sit) præter. C. L. M. arcum & S. H. Y.




VEMADMODVM igitur in luna (tribus eclipſibus captis lunari bus) & locos & tēpora & ad hæc proportionē inæqualitatis & maximæ lōgitudinis locū per lineā demōſtrauimus. Eodē modo hic etiā triū ad mediū ſolis motū oppoſitū i ſingulis harū ſtellarū captis & locos (q̄ ex acutiſſime fieri poteſt) p̄ Afrolabica inſtrumēta obſeruauimus & a ſolis motibus qui fuerūt in obſeruationibus, tam tēpus q̄ locū diſtantiæ ſubtilius computauimus: & ab iſtis tum p̄portionē excetricitatis tum maximā lōgitudinē demōſtrauimus. ¶ Pri mū igitur in Marte tres capimus obſeruaciones, quarū primā quintodecimo anno Adriani obſeruauimus Tybi ſm ægyptios die. 26. ſequēte. 27. poſt mediā noctē una æquali hora, & erat in grad. Geminorū. 21. ¶ Alteram anno Adriani. 19. Pharmuthi ſm ægyptios die. 6. ſequēte. 7. ante mediā noctē horis tribus. Et erat in gradibus leo nis. 28. 50. ¶ Tertiā anno in Antonini ſecundo Epiphi ſm ægyptios die. 12. ſequēte 13. ante mediā noctē duabus æqualibus horis: & erat in gradibus Sagittarii. 2. 34. ¶ Tēpora igitur diſtantiā a prima qdē ad alterā obſeruacionem quatuor ægyptia/ cos ānos, & dies. 69. & horas æquales. 20. cōtinēt. ¶ A ſecūda uero ad tertiā annos ſi militer. 4. dies. 96. & horā æquale unā. ¶ Colliguntur igitur ex tēpore primæ diſtā tiæ (poſt integros circulos) gradus lōgitudinis. 81. 44. ¶ Ex ſecūda uero gradus. 95. 28. Nulla enim differētia erit de qua curādū ſit ſi aperiodicis reſtitutionibus uniuēr ſalius expoſitis in tāto tēpore medios motus cōputamus. Patet etiā q̄ in prima qdē diſtātia mota eſt apparens ſtella. 67. 50. gradus poſt integros circulos. In ſecūda ue ro. 93. 44. ¶ Deſignētur igitur tres circuli æquales in zodiaci ſuperficie, de quibus ille a quo centrū epicycli Martis defertur. Sit. A. B. C. Cuius cētrum. D. Excetricus au tē æqualis motus ſit. E. F. I. cuius centrū. T. Zodiaco uero concetricus ſit. C. L. M. cui us cētrum. N. Diameter uero quæ per omnia trāſit centra ſit. X. O. P. R. ¶ Suppo natur autē. A. qdē pūctū eſſe. Vbi cētrū epicycli erat in prima oppoſitione. B. autē ubi erat in ſecūda. C. uero ubi in tertia & cōiungātur. T. A. E. & T. B. F. & T. I. C. & N. C. A. & N. L. B. & N. C. M. lineæ, ut excetrici arcus. E. F. 81. 44. primæ periodicæ di ſtantiæ graduū ſit. Arcus uero. F. I. 95. 28. graduū ſecūdæ, & rurfus. C. L. zodiaci arcus 67. 50. apparentis primæ diſtantiæ graduū ſit & L. M. ſimiliter arcus. 93. 44. ſecū dæ diſtantiæ graduū. ¶ Si ergo arcus excetrici. E. F. & F. I. ſubtenderentur duobus arcibus zodiaci. C. L. & L. M. nihil aliud ad demōſtrationem excetricitatis q̄reremus. Verū quoniā ipſi mediū excetrici arcus. A. B. & B. C. nō datos ſubtēdūt. ¶ Et ſi coniunxerimus. N. S. E. & N. H. F. & N. I. Y. Rurfum excetrici arcus. E. F. & F. I. ſubtenduntur ab arcibus zodiaci. S. H. & H. Y. nec ipſis etiam datis opus erit ut antea. C. S. & I. H. & M. Y. uarii arcus ſeu uariæ ſectiōes dent, ut ab arcibus cōiuga tis. E. F. I. & S. H. Y. p̄portio excetricitatis exq̄ſite demōſtretur. ¶ Verū quoniā (an tea q̄ excetricitatis & maximæ lōgitudinis proportio habeatur) exq̄ſite iſtos cape re poſſibile nō eſt: dariq; proxime poſſunt etiā ſi non exq̄ſite illi præſupponantur, propterea quod differētiæ ipſorū nō magnæ ſunt, cōputationē prius faciemus, tanq̄ ſi nulla differētia (de qua curādum ſit). S. H. & H. Y. Arcus differant, ab arcibus. C. L. & L. M. ¶ Sit enim. A. B. C. circulus excetricus æqualis motus Martis: & ſuppona tur. A. pūctum primæ oppoſitionis eſſe. B. ſecūdæ. C. aut tertiæ: & capiat (intra ex cetricū). D. zodiaci centrū, In quo uiſus noſter ſit, & cōiungātur ſemper a tribus oppo ſitionū pūctis lineæ ad uiſum. Sicut modo. A. D. & B. D. & C. D. lineæ pducāturq; una cōiunctarū trium linearū ad oppoſitū excetrici arcum, ut hic lineæ. C. D. E. Reli qua uero (duo pūctis oppoſitionū) lineæ quædā coniungat ut hic lineæ. A. B. deinde ad excetrici ſectiōnē factam per eductā lineam in pūctio. E. cōiungantur ad reliqua duo pūctis oppoſitionū lineæ, ut hic. A. E. & E. B. deducanturq; ad lineas quæ ſunt a dictis duobus pūctis ad zodiaci centrū perpendiculares ut hic in lineā. A. D. perpē dicularis. E. F. & ad lineā. B. D. perpendicularis. E. I. Ad hæc ab unoduum dictorum pūctorū ad lineā (quæ eſt ab altero ipſorum ad pūctum excetrici) poſtremo factā

In græco aut codice sic.




perpendicularis ducatur, ut hic a puncto. A. in lineam. B. E. perpendicularis. A. T. Hæc, si semper in hac descriptione (sicuti placuerit) seruabimus easdem in numeris proportionales inueniemus. ¶ Reliqua uero demōstratio a propositis in Marte arcibus hoc modo aperietur: nam quoniam excētrici arcus. B. C. 93. 44. zodiaci gradus subterendere supponitur. Erit profecto angulus. B. D. C. qui fit in centro zodiaci talium 187. 28. qualium quatuor recti sunt. 360. Angulus uero. E. D. I. qui deinceps est. 172. 32. earūdem. Quare arcus etiam chordæ. E. I. talium erit. 172. 32. qualium est circulus qui rectangulo. D. E. I. circūscribitur. 360. ipsa uero. E. I. linea talium. 119. 45. Qualium est. D. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. Similiter quoniam. B. C. arcus. 95. 28. graduum est. Erit etiam angulus. B. E. G. qui est in circūferentia talium. 95. 28. qualium duo recti sunt. 360. erat autem etiam. B. D. E. angulus. 172. 32. earūdem. Reliquus igitur etiam earūdem erit. 92. Quare arcus quoq; chordæ. E. I. taliū est. 92. qualium est circulus qui rectangulo. B. E. I. circūscribitur. 360. ipsa uero linea. E. I. taliū 86. 16. qualium est. E. B. qua rectus angulus subtēditur. 120. qualium ergo. E. I. linea demonstrata est. 119. 45. & E. D. 120. talium etiam. B. E. erit. 166. 29. ¶ Rursus quoniam arcus excētrici totus. A. B. C. collectos zodiaci gradus. 161. 34. utrarūq; distantiarum subtendere supponitur: erit angulus quoq; A. D. C. talium. 161. 34. qualium quatuor recti sunt. 360. reliquus uero. A. D. E. 18. 26. earundem/qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 36. 52. quare arcus etiam chordæ. E. F. taliū. 36. 52. qualium est circulus qui rectangulo. D. E. F. circūscribitur. 360. linea uero. E. F. talium. 37. 57. qualium est. D. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. ¶ Similiter quoniam arcus excētrici. A. B. G. 177. 12. graduum colligitur: erit angulus quoq; A. E. G. talium. 177. 12. qualium duo recti sunt. 360. erat autem etiam angulus. A. D. E. 36. 52. earūdem. erit ergo reliquus etiam. D. A. E. 145. 56. earūdem/quare arcus. D. E. F. talium est. 145. 56. qualium est circulus: qui rectangulo. A. E. F. circūscribitur. 360. linea uero. E. F. taliū 114. 44. qualium est. A. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. qualium igitur demōstrata est linea. E. F. 37. 57. & E. D. 120. talium. A. E. linea etiam erit. 39. 42. ¶ Rursus quoniam arcus excētrici. A. B. S. 1. 44. graduum est. erit angulus quoq; A. E. B. talium. S. 1. 44. qualium duo recti sunt. 360. quare arcus etiam chordæ. A. T. talium est S. 1. 44. qualium est circulus qui rectangulo. A. E. T. circūscribitur. 360. Arcus autem lineæ. E. T. 98. 16. reliquarum ad semicirculum. Chordæ igitur etiam suæ. A. T. quidem talium erit. 78. 31. qualium ē. A. E. qua rectus angulus subtenditur. 120. E. T. autem. 90. 45. earūdem/qualium igitur. A. E. linea demōstrata est. 39. 42. & D. E. 120. esse supponitur. Talium etiam. T. A. erit. 25. 58. E. T. uero. 30. 2. similiter erat autem etiam tota. E. B. linea. 166. 29. earūdem/demonstrata erit igitur reliqua etiam. T. B. talium. 136. 27. qualium. T. A. 25. 58. ¶ Sed quadratum lineæ. T. B. est. 18618. 36. Quadratum autem lineæ. T. A. 674. 16. Hæc simul composita faciunt quadratum lineæ A. B. 19292. 52. erit igitur. A. B. linea talium per lōgitudinem. 138. 53. qualium erat. E. D. 120. & A. E. 39. 42. est autem. A. B. linea talium. 78. 32. qualium excētrici diameter est. 120. subtendit enim arcum graduum. S. 1. 44. qualium ergo est. A. B. linea. 78. 31. & diameter excētrici. 120. talium erit. E. D. 67. 50. & A. E. 22. 44. quare arcus etiā excētrici suus graduum est. 21. 41. Totus autem. E. A. B. C. arcus. 198. 53. graduum ē/ reliquus igitur etiam. C. E. graduum est. 161. 7. & chorda sua. G. D. E. 118. 22. taliū qualium est diameter excētrici. 120. Si ergo linea. G. E. diametro excētrici æqualis esset inuenta/patet q̄ in ipsa centrū excētrici esset. & inde proportio excētricitatis aperte haberetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est: est autem etiā. E. A. B. C. portio marte habetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est: est autem etiā. E. A. B. C. portio marte habetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est: est autem etiā. E. A. B. C. portio marte habetur. ¶ Quoniam uero æqualis non est: est autem etiā. E. A. B. C. portio marte habetur. ¶ Quare quoniam rectangulum quod a lineis. E. D. & D. G. constituitur æquale illi est quod constituitur ex lineis. L. D. & D. M. 3427. 51. Sed rectangulum quod subest quod constituitur cum quadrato lineæ. D. C. facit quadratum medietatis totius hoc est quadratum lineæ. L. C. ¶ Si ergo a quadrato. L. C. hoc est. 3600. sub-



	18618	36
Adde	674	16
	19292	52




In uolumine græco sic




ST A V T E M suppositiōnū sūma hęc/excētrici quinq; Planetarum circuli ad superficiē circuli per medium. In cētro zodiaci īclinatur. Sed in tribus superioribus Saturno/ Ioue/ Marte stabiliter eodēq; modo ut motus epicyclorū Diametraliter oppositi ad cōtrarias latitudines ferantur. **C**In Venere aut atq; Mercurio: simul cū epicyclis ad eadē latitudinē traducantur. In Venere qđē ad septētrionem semper. In Mercurio autē ad meridiem/epicyclorū uero diametri quā per apparētes maximas longitūdines sunt in excētrici superficie in aliquo principio constitutæ traducuntur a paruulis circulis qui minimarum lōgitudinū terminis ut sic dicā apponuntur. **C**Mediocres ad tātū latitudinis transitū. Et recti ad excētricorū superficies in quibus centra eorū sunt. Reuoluuntur autem æqualiter cōsequenterq; ad motus longitūdinis ab altero principio eorū quā sunt in sectionibus superficieū suarū & epicyclorū ad septētrionē ex positione ducūtq; secū superficies epicyclorū in uersione quidem quā in prima quarta fit ad borealissimū terminū. In ea uero quā in secūda ad excētrici rursū superficiem. In ea quā in tertia ad australissimū terminū. In ea quā ī ultima (quā restitutiōis est) ad primā principii superficie. Huius aut motus initium atq; restitutio in Saturno quidē & Ioue & Marte a sectione quā in nodo ascēdēte fit cōstituitur. In Venere a minima excētrici lōgitudine. In Mercurio aut a maxima similiter. Diametri uero quā rectos angulos ad prædictas faciūt. In tribus qđē superioribus æquedistates ad superficiē circuli p mediū semp (ut diximus) sunt/aut tātū obliquā ad ipsum ut nullius ea obliquatio curæ digna sit. In Mercurio aut atq; Venere ipsi quoq; in principio quodā in superficie circuli p mediū cōstitutæ traducūtur a paruulis circulis sequētib; (ut ita dicā) terminis ipsorū apposis/hi mediocres rursū sunt ad tātū latitudinis motū & recti ad superficie circuli ad mediū. centraq; sua in diametris habēt æquidistatibus a superficie circuli per mediū. Voluūt aut æqualiter cum aliis ab altero principio eorū quā sunt in sectionibus superficieū suarū & epicyclorū ad septētrionē p suppositiōnē rursū ducūtq; secū uespertinos expositarū diametrorū terminos eodem modo ut dictū est. In istis ēt motus principū atq; restitutio. In Venere qđē a nodo addentis semicirculi cōstituitur. In Mercurio aut ab auferentis. Illud præterea de paruulis his circulis a quibus epicycli trāsferuntur dicēdū est: qđ æqualiter ēt ipsi a superficiebus ad quas declinationū traductiōes fieri asserimus diuidūtur. Sic enim solūmodo motus suos sūm latitudinē æquales in utraq; fieri parte accidit. Reuolutiones aut suas ad motū æqualem non circa suum: sed circa aliud faciunt cētrum/ quod possit facere eandem ad paruulū circulū excētricitatē quā habet motus lōgitudinis stellæ ad circulum qui p mediū signorū est: nā cū restitutiones tam in zodiaco quā in paruō circulo æqualis tēporis supponantur: & ad hęc motus qui sunt in utraq; parte quarta alter alteri sūm apparentia coaptētur si circuli paruuli circūductiō ad centrum heret suum/ nullo modo possēt propositū euenire/ cū motus paruorum circulorū æquali in tēpore singulas pertranseāt quartas/ motus uero epicycli q ad zodiacum cōsiderātur nequaquā. Idq; propter excētricitatē quā in singulis supponitur. Sin uero circa centrū similes cū centro excētrici positiones fiāt/ etiā restitutiones declinationū æquali in tēpore pertransibūt. Nemo aut multiplex atq; arduū nostrarū excogitationū instrumentorūq; considerans. Difficiles huiusmodi suppositiones arbitretur. Nec enim de,

et corporibus diuinis humana conferre nec rationes rerum ita magnarum a dissimillimis exemplis petere, quid enim dissimilioribus rebus perpetuis eodemque se modo semper habentibus, quae ea quae nunquam eodem modo se habent, aut quod dissimilioribus his quam a qua uis causa impediuntur, quam illa quae nec a se ipsis quod impediuntur. Sed niti quidem quae maxime simpliciores motibus caelestium suppositiones accommodare: & si hoc non procedit, eas quae possibiles sunt, nam si apparatus singula consequenti suppositionum ordine ad unguem ferantur: cur mirum uidebitur posse huiusmodi uarietate caelestium motibus accedere, praesertim cum nulla ibi prohibitiua natura sit: sed tota comoda ad cedendum naturalibus singularum motibus et si contrarii esse uideantur, ut omnia per omnia illa simplicia corpore late liquideque fusae & pertransire & perfici possint: nec solum in circulis id recte procedat. Verum et in ipsis globis atque Axibus circuductionum: quorum et uarietate alternationeque, quam in diuersitate motuum habent sic ardua atque difficilia in constructis a nobis imaginibus uidemus, ut motus sine prohibitione in his fieri non possint. In caelestibus autem haec uarietas ac alteratio a se ipsa non impeditur. Oportet igitur simplicitate ipsam caelestium non ab his quae simplicia esse apud nos uideantur iudicare. Cum nihil apud nos inueniamus, quod sicut simplicitate habere omnibus uideatur. Nam quae ita consideratis nihil in caelo simplex esse putabitur: nec ipsam quod primi motus stabilem simplicemque naturam nam cum ea quoque eodem semper modo se habeat, non modo difficile est. Sed omnino impossibile imaginem eius apud nos inueniri. Non igitur hinc sed a natura ipsorum caelestium incommutabilitateque motuum id iudicandum. Sic enim omnes illi motus simplices uidebuntur, & quidem multo magis quam quae apud nos simplicissima esse iudicantur, cum nihil difficultatis nihilque laboris in motibus illorum possit excogitari.

¶ Non decet corporibus diuinis humana conferre.

¶ De singularum inclinationum magnitudine.


Cap. III.

SED VNIVERSALEM quidem situm ferietque declinationis circulum hinc ratiocinari quilibet potest, Magnitudines uero interceptorum a declinationibus in quolibet planeta particulariter arcuum maximi circuli descripti per polos inclinati circuli, & erecti ad superficiem per medium ad quem motus latitudinis perspicuntur. In Venere quidem atque Mercurio a latitudinis motibus quae secundum expositos situs apparent, faciles intellectu fiunt. Nam quoniam in maximis uel minimis eccentricorum longitudinibus motus longitudinis ipsorum sunt, si etiam pro minimis uel maximis epicyclorum longitudinibus stellae (ut diximus) reperiatur, aequaliter borealiores aut australiores ut ex proximis obseruationibus adinuenimus circulo per medium perspicuntur. Venus quidem sexta fere unius gradus parte semper borealior, Mercurius uero 45. sexagesimis semper australior. Quare hinc eccentricorum utriusque declinationum tanta esse percipimus, in maximis autem a sole distantibus, fere gradibus utriusque secundum mediam rationem borealiores aut australiores oppositis maximis apparent distantibus. Nam Venus quidem in sensibili pene aliqua (quinque gradibus) differentia minus in maxima eccentrici plus uero in minima distantibus secundum latitudinem facere oppositionem perspicitur. Mercurius uero medietate unius gradus maxime ut obliquationes epicycli ad utramque superficiem eccentricorum parte 2.30. gradus proxime. In circulo qui rectos ad zodiacum angulos facit subtendant a quibus magnitudines etiam angulorum qui ab epicyclorum obliquatione ad eccentricorum superficies fiunt capiuntur. Sicut in sequentibus dilucide demonstrabitur: ne in praesentiarum communem sermonem cursum de quinque planetarum declinatione retardemus. Quando autem aequatae longitudinis motus in nodis & in mediis proximae distantibus sunt, Venus quidem (si in maxima epicycli longitudine est) uno gradu australior aut borealior circulis per medium inuenitur. Si autem in minima 6.20. gradibus proxime, ut sic declinatio epicycli 2.30. gradus circuli per polos ipsius descripti modo quo diximus intercipiat, totidem enim ex epicycli inaequalitate inuenimus in mediis distantibus. In maxima uero gradu 6. & sexagesimarum 22. Mercurius autem cum in maxima epicycli est ut a proximis apparentibus quispiam ratiocinabitur australior, borealior uero primo gradu & sexagesimis 45. circulo per medium fit. Cum uero in minima gradibus quatuor proximae ut hinc epicycli declinatio colligitur gradu 6.15. Totidem enim ratiocinabitur.

Almage.

13

ſus ex inæqualitate epicycli in diſtantiis maximarum declinationũ inuenimus. Hoc ẽ
quĩ æquata lógitudo per quartã pte a maxima excẽtrici diſtat. Hi in maxima epicycli
angulũ in uifu gradus unius & ſexageſimarũ. 46. ſubtẽdũt. In minima uero graduũ
quartuor & ſexageſimarũ. 5. ¶ In reliquis aut Saturno uidelicet Ioue ac Marte ſeor
ſum quidẽ nõ poterit quiſpiã magnitudines declinationũ congruenter intelligere
cũ utrũq; inter ſe hoc eſt quã penes excẽtricũ eſt & quã penes epicyclum cõmiſcean
tur. Sed a motibus rurfum excẽtricorũ & epicyclorũ qui ſecũdũ latitudinẽ tum in mi
nimis tum in maximis longitudinibus obſeruantur alterã declinationũ hoc modo



¶ Proportio. 5. ad. 9. dicitur
ſubſupquadripartiẽs qntas.

ab altera ſepabimus. ¶ Sit eni in ſupficie quã recta eſt
ad circulũ p mediũ ſignorũ cõis ad ipſam ſectio ſuperfi
ciei qdẽ circuli p mediũ. A. B. linea. In ſupficie uero ex
cẽtrici linea. G. D. zodiaci aut cẽtrũ ſit. E. deſcribaturq;
i cõi ſupficie ſectioẽ i. C. maxima excẽtrici & i. D. mi
nima i ſubiecta ſupficie circuli æqles. F. I. T. C. & L. M.
M. X. q p polos epicyclorũ eſſe ſupponat in qbus decli
net epicyclorũ ſupficies tũ ad lineã. I. C. C. tũ ad lineã
M. D. X. ad æqles uidelicet angulos. M. C. & D. pũctis
factos cõiũgatur a cẽtro zodiaci. E. (in quo uſus eſt) ad
maximã & minimã epicyclorũ lógitudinẽ lineã ad ma
ximã qdẽ. E. I. & E. M. ad minimã uero. E. C. & E. X.
ut. C. & X. pũcta (motus medio ſoli oppoſitos) cõtine
ant pũcta uero. I. & M. cõiunctionales. In Marte igitur
motus latitudinis eos cõepimus qui ſunt in oppoſitio
nibus quã i maxima excẽtrici lógitudine: hoc eſt in pũ
cto epicycli. C. cõſtituũtur & eos q in minima excẽtrici
hoc eſt in pũcto. X. epicycli fiũt ppterea quod differen
tia ipſorũ ualde ſenſibilis eſt. In oppoſitionibus enim
q̄s i maxima lógitudine facit remouet a circulo p me
diũ ad ſeptẽtrionẽ gradibus q̄ttuor. 20. In his aut quas i
minima facit ad meridiẽ gradibus. 7. pxime ut angulũ
etiã. A. E. C. taliũ. 4. 20. colligat: qualium quatuor rectũ
ſũt. 360. Angulus uero. B. E. X. 7. eorũdẽ. ¶ His ita ſup
poſitis tã angulũ. A. E. C. q ab excẽtrici q̄ angulum. I. C. F. q ab epicycli declinatiõẽ
cõtinet hoc mō inuenimus nã ab his quã de inæq̄litate Martis demõſtrabimus
facile intellectũ eſt q̄ angulorũ in uifu cõſtitutorũ q̄ ſubtẽdũtur ab arcubus æq̄libus q̄
ſunt ad minimã epicycli lógitudinẽ q̄ fiũt in motibus maximã lógitudinis excẽtrici
eã pportionẽ habet ad motus factos in minima quã quinq; pxime ad nouẽ. Sed ar
cus. T. C. & N. X. æquales ſunt. Quare pportio ẽt anguli. C. E. C. ad angulũ. D. E. X.
erit ſicut. 5. ad. 9. Qm̄ igit̄ dati ſũt anguli. C. E. C. & D. E. X. & proportio. C. E. C. ad
D. E. X. eſt q̄ æqualis angulus. A. E. C. angulo. B. E. D. Si quota pars eſt exceſſus totã
rũ magnitudinũ ipſius exceſſus pportiois. Totã partẽ de utriſq; terminis pportiois
capiemus/habebimus quã ſitã quoq; pportiois magnitudinẽ. Id enim per Arithme
ticã pportionẽ quãdã demõſtratur. Quoniã ergo magnitudines quidem ſũt. 4. 20.
Et exceſſus earum. 2. 40. proportio uero ſicut. 5. ad. 9. horũq; exceſſus quatuor. Sunt
aut. 2. 40. pars ipſorũ quatuor/tertiã duã. Si tãtã partẽ ipſorũ. 5. & 9. cõperimus habe
bimus. C. E. C. angulũ. 3. 20. graduũ & D. E. X. 6. eorũdẽ & utrũq; reliquũ conſequẽ
ter. A. E. C. & B. E. D. declinationis excẽtrici gradus unius & ex iſtis. T. C. quoq; arcũ
declinationis epicycli graduũ. 2. 15. ppterea q̄ totidẽ proxime ſecũdũ tabulas inæqua
litaris. C. E. C. & D. E. X. inuẽtas angulorũ magnitudines cõtinent. 7. ¶ In Saturno
aut ac in Ioue qm̄ indifferentes ad ſenſum inueniũtur motus in arcubus maximarũ
excẽtricorũ lógitudinũ facti a motibus qui in minimis fiũt diametraliterq; oppoſi
tis: alio modo ex collatione motuũ qui fiũt in maximis epicyclorũ ad eos qui ſunt i
minimis eorũ ppoſitũ cõputauimus. Remouetur aut ut ex particularibus obſeruationi
bus facile intelleximus in motibus quidẽ q̄ fiũt in apparitionibus & occultationi
bus maxime ad ſeptẽtrionẽ atq; Meridiẽ. Saturnus quidẽ gradibus. 2. proxime. Iup.

pitautem.1. In oppositionibus uero ad solem Saturnus gradibus.3. Iuppiter.2. Quoniam igitur ex inæqualitate quoq; istorum perspicuum est q̄ angulorum in uisu ab æqualibus epicycli arcubus in maximis & minimis longitudinibus factorum/ qui in maximis conlitiuuntur proportionem habent ad illos qui in minimis. In Saturno quidem sicut.18.ad.23. In Ioue autem sicut.29.ad.43. sūtq; arcus epicycli.F.I.&.T.C.æquales/erit proportio anguli.F.E.I.ad angulum.T.E.C. In Saturno quidem sicut.18.ad.23. In Ioue sicut.29.ad.43. Sed etiam.I.E.C. qui est excessus duorum s̄m latitudinem motuum/gradus unius/in utrifq; stellis relinquitur. Quare si s̄m expositas proportiones unius gradus diuidatur habebimus angulum F.E.I. In Saturno quidem sexagesimarum.26. In Ioue autem.24.& angulum.F.E.C. In Saturno sexagesimarum.34. in Ioue.36. Quare totus etiam.A.E.C. angulus declinationis excentrici erit in Saturno quidem graduū.2.26. In Ioue autem.1.24. pro qbus(cōmodius enim est)Abusi sumus gradibus.2.30.&.1.30. hinc.T.C. quoq; arcus declinationis epicyclorum colligitur/In Saturno quidem graduū.4.30. In Ioue autem.2.30. Totidem enim in tabulis inæqualitatis utriusq; cōtinent rursus inuentas proxime magnitudines angulorum.F.E.I.&.F.E.C.


Adangulum.F.E.C.

De componendis particulariū latitudinis motuū tabulis.

Cap.III.

I N I S T I S igitur nobis integrā maximarum declinationum tam excentricorum q̄ epicyclorum magnitudines constitutæ sunt. Verū ut particularium quoq; distantiarum latitudines quotidie facile possimus inuenire: qnq; planetarum quinq; tabulas composuimus. Totidem singulas uersuum quot inæqualitatis tabulæ sunt/ordinum autem quinq; quorum duo primi numeros similiter ut illi etiam continent. Tertii distantias s̄m latitudinem circuli per medium congruentes particularibus epicyclorum arcubus declinationibus maximis quæ in Venere quidem atq; Mercurio in nodis excentricorum fiunt. In reliquis autem tribus in borealibus excentricorum terminis. In his quarti etiam ordines similes congruentias quæ fiunt in australibus excentricorum terminis continentur/computata in his tribus maxima ipsorum etiam excentricorum tum ad septentrionem tum ad meridiem remotione. Inuenimus autem hos arcus. In Venere quidem atq; Mercurio per unū. Rursus Theorema hoc modo. Sit enim in superficie quæ rectos facit cum circulo per medium angulos.A.B.C. quidem linea communis ipsius & zodiaci sectio: linea uero.D.B.E. communis sectio superficies epicycli & sit A.centrum zodiaci.B. autem centrum epicycli / linea uero.A.B. sit epicyclorum distantia quæ in maximis declinationibus sit/ descriptoq; circa. B. centrum / epicyclo D.F.E.I. coniungatur. F.B. I. diameter recta ad lineam.D.E. Supponatur autem etiam epicycli superficies recta ad subiectam superficiem ut lineæ/quæ ductæ in ipsa/ rectos angulos ad lineam.D.E. faciant/omnes quidem ceteræ æquidistantes sint ad superficiem per medium. Linea uero.F. I. sola in ipsa sit/propositumq; sit data proportionē. A.B. lineæ ad.B.E.& magnitudine declinationis hoc est angulo.A.B.E. inuenire motus stellarum secundum latitudinem/quando exempli gratia distant a puncto.E. minimæ lōgitudinis epicycli gradibus.45. talium qualium est epicyclus. 360. Nam differentias etiam quæ fiunt in motibus longitudinis propter has declinationes similiter intendimus demonstrare. Hæ autem differentiæ in motibus qui fiunt inter minimā lōgitudinem.&.F.&.I. p̄cta maximæ sunt: p̄pterea q̄ in dictis p̄ctis iidem sunt cum illis q̄ absq; inclinationibus fiunt: ut intercipiatur igitur arcus.E. T. graduū (ut diximus.) 45. ducaturq; ad lineam quidem.B.E. perpendicularis. T.C. ad superficiem uero circuli per medium perpendiculares.C.L.&.C.M.& coniungantur.T.B.&.L.M.&.A.M.&.A.T. lineæ q̄ igitur.L.C.T.M. quadrilatera figura parallelogramma & rectangula est / propterea q̄.C. T. æquidistans est ad superficiem circuli per medium. Et q̄ additionem subtractionemue longitudinis.L.A.M. angulus continet/Motum uero latitudinis angulus.T.A. M.cum anguli.A.L.M.&.A.M.T

Almage.





LIBER XIII

rectis sint. Ideo q̄. A. M. quoq; linea in superficie circuli per medium inuenitur perspicuum est. Nunc autem quanti colliguntur motus quos quærimus in utraq; dictarum stellarum demonstrandum est. Et primum in Venere: quoniam igitur arcus. E. T. talium est. 45. qualium est epicyclus. 360. erit etiam angulus. E. B. T. qui est in centro epicycli talium. 45. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 90. quare uterq; arcus. B. C. & C. T. linearum talium est. 90. qualium est circulus. qui. B. T. C. rectangulo circūscribitur. 360. utraq; igitur chorda talium est. 84. 52. qualium. B. T. quæ rectum subtendit. 120. qualium igitur est. B. T. semidiameter epicycli. 43. 10. & A. B. mediæ distantia. 60. In hac enim maxime declinatio epicycli maxima fit. talium erit utraq; linearum. B. C. & C. T. 30. 32.



¶ Rursus quoniam. A. B. E. angulus declinationis talium supponitur. 2. 30. qualium quattuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 5. erit etiã arcus lineæ. L. C. talium. 5. qualium est circulus. qui. B. L. C. rectangulo circūscribitur 360. arcus uero lineæ. B. L. 175. ad semicirculum reliquorum. Chordæ igitur etiã suæ C. L. quidem talium erit. 5. 14. qualium est. B. C. quæ rectum subtendit. 120. & B. L. 119. 53. earūdem: quare qualium est. B. C. quæ rectum subtendit. 30. 32. & A. B. linea 60. talium. C. L. quod erit. 1. 20. & B. L. 30. 30. earūdem / & A. L. 29. 30. reliquarum. Est autem etiam. L. M. cum sit æqualis lineæ. C. T. 30. 32. earūde quare. A. M. etiam quæ rectum subtendit. 42. 27. earūdem colligitur. Qualium igitur est. A. M. quæ rectum subtendit. 120. talium erit etiam. L. M. 86. 19. & angulus. L. A. M. additionis subtractionis ue fm longitudinem in hoc situ talium erit. 92. 0. qualium duo recti sunt 360. qualium uero quattuor recti sunt. 360. talium. 46. 0. Similiter quoniam qualium est. A. M. linea. 42. 27. talium etiam est. T. M. cum sit æqualis lineæ. C. L. 1. 20. & quadrata ipsarum composita faciunt quadratum lineæ. A. T. erit linea quoq; A. T. 42. 29. earūdem per longitudinem / qualium igitur est. A. T. quæ rectū subtendit. 120. talium etiam erit. E. M. 3. 46. & T. A. M. angulus recessus fm latitudinem talium. 3. 36. qualium duo recti sunt. 360. Qualiū uero quattuor recti sunt. 360. talium. 1. 48. hos gradus apponimus in ordine tertio Tabulæ Venere in uersu qui cōtinet numerum graduum. 135.

¶ Verum ut factam additionis subtractionis ue longitudinis differentiam computaremus. Describatur similis figura in qua epicyclus declinatus nō fit. Et quoniam in utraq; linearum. B. C. & C. T. talium demonstrauius. 30. 32. qualium est. A. B. 60. fit. A. C. reliquarum. 29. 28. cuius quadratum compositum cum quadrato lineæ. C. T. facit. Quadratum lineæ. A. T. Erit igitur etiam. A. T. 42. 26. per longitudinem earūdem. Qualium igitur est. A. C. quæ rectum subtendit. 120. talium. C. T. quoq; erit. 86. 21. Angulus uero. T. A. C. additionis subtractionis ue secundum logitudinem talium. 92. 4. proxime qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quattuor recti sunt. 360. talium. 46. 2. Fuit autem in declinatiōe demonstratus. 46. earūdem. Deficit igitur additio subtractionis ue fm longitudinem. Idq; propter declinationem epicycli duabus unius gradus sexagesimis.

¶ Rursus ut motus quoq; Mercurii demonstraretur. Describatur figura superiori similis. Supponaturq; arcus. E. T. graduum similiter. 45. ut utraq; rursus. B. C. & C. T. linearum talium colligatur. 84. 52. qualium est. B. T. quæ rectum subtendit. 120. qualium est igitur. B. T. epicycli femidiameter. 22. 30. & A. B. linea distantia quæ fit in maximis declinationibus. 56. 40. Hæc enī nobis omnia demonstrata sunt. talium etiam utraq; B. C. & C. T. linearum erit. 15. 55. ¶ Rursus quoniam. A. B. E. angulus declinationis epicycli talium supponitur. 6. 15. qualium quattuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 12. 30. erit etiam arcus. L. C. lineæ talium. 12. 30. qualium est circulus qui. B. C. L. rectangulo circūscribitur. 360. Arcus autem lineæ. B. L. 167. 30. ad semicirculum reliquorum. Quare suæ quoq; chordæ. C. L. quidem talium erit. 13. 4. qualium. B. C. quæ rectū angulum subtendit. 120. B. L. uero. 119. 17. eorūdem. Quare qualium. B. C. linea demonstrata est. 15. 55. & A. B. supponitur. 56. 40. taliū. C. L. quoq; erit. 1. 44. & B. L. 15. 49. & reliqua. A. L. 40. 51. earūdem. Et quoniam quadratum lineæ. A. L. cum quadrato lineæ. L. M. facit quadratum lineæ. A. M. habebimus ipsam quoq; talium per longitudinem. 43. 50. qualium est. L. M. linea. 15. 55. Quare qualium est. A. M. quæ



rectum subtendit. 120. talium. L. M. quoq; erit. 43. 34. & L. A. M. angulus additio-
 nis subtractionis ue secundum longitudinem talium. 42. 34. qualium duo recti sūt
 360. Qualiū uero quatuor recti sunt. 360. talium. 21. 17. similiter quoniam qualiū
 est. A. M. linea. 43. 50. talium. T. M. quæ est æqualis lineæ. C. L. colligitur. 1. 44. &
 quadrata ipsarum composita faciunt quadratū lineæ. A. T. habebimus hanc quoq;
 43. 52. per longitudinem earundem: qualium igitur est. A. T. quæ rectum subtendit
 120. talium etiam. T. M. erit. 4. 41. & T. A. M. angulus ipsius remotionis secundum
 latitudinem talium. 4. 32. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti
 sunt. 360. talium. 2. 16. Hos gradus rursus in tertio tabulæ Mercurii ordine in eo-
 dem uersu apponemus: hoc est in uersu qui continet numerum graduum. 135.
 ¶ Rursus propter collationem additionis subtractionisq; describatur figura absq;
 ulla declinatione: & quoniam demonstratum est talium esse utraq; T. C. & C. B.
 linearum. 15. 55. qualium est. A. B. 56. 40. & reliqua. A. C. 40. 45. earūdem: quoniāq;
 quadratum. A. C. lineæ cum quadrato lineæ. C. T. facit quadratum lineæ. A. T. habe-
 bimus etiam ipsam talium per longitudinem. 43. 45. qualium erat. T. C. 15. 55. qua-
 lium ergo est. A. T. rectum angulum subtendens. 120. talium etiam. C. T. erit. 43. 39.
 & C. A. T. angulus additionis subtractionisq; longitudinis talium. 42. 40. qualium
 duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 21. 20. fuit autem
 demonstrata graduum. 21. 17. in declinatione: Minor ergo etiam hic additio subtra-
 ctio uel longitudinis tribus unius gradus sexagesimis propter declinationem in-
 uenta est. Motus igitur latitudinis harum duarum stellarum qui fiunt in maximis
 declinationibus hoc modo nobis tractati sunt: propterea q̄ tunc fiunt quādo excen-
 tricis in eadem cum circulo per medium signorum est superficie. Reliquarum ue-
 ro trium stellarum per aliud Theorema propterea q̄ in maximis excentricorum de-
 clinationibus epicyclorum quoq; maximæ sunt: quare opere precium erit computa-
 tos habere motus latitudinis: qui ex utraq; declinatione colliguntur. ¶ Sint igitur
 rursus in superficie quæ ad rectos angulos ad superficiem circuli per mediū signo-
 rum est cōmunis ad ipsam sectio superficiei quidem circuli per medium linea. A. B.
 Superficiei autem excentrici linea. A. C. superficiei uero epicycli linea. D. C. & sit pū-
 ctum. A. zodiaci centrum epicycli uero. G. & describatur circa. C. epicyclum. D. F. E.
 I. sic rursus ut linearum quæ ductæ sunt ad. D. E. lineam rectos angulos faciant: Dia-
 meter quidem. F. G. I. & in excentrici superficie sit & æquidistans ad superficiem cir-
 culi per medium: reliquæ autem utrisq; superficiebus dictis æquidistantes: & inter-
 cipiatur similiter arcus. E. T. eorundem supposita graduum. 45. & a puncto. T. ubi
 stella est. T. C. perpendicularis ducatur. Similiter a punctis. T. & C. ad superficiem cir-
 culi per medium perpendiculares. C. B. & T. L. & coniungantur. B. L. & A. L. lineæ
 propositumq; sit tum longitudinis additionem subtractionem ue ab angulo. B. A.
 L. contentā tum latitudinis motum ab angulo. L. A. T. contentum inuenire. Duca-
 tur igitur etiā ad. A. C. lineam a puncto. C. perpendicularis. C. M. cōiunganturq; C.
 T. & A. C. & A. T. lineæ: supponaturq; propter demonstrata utraq; rursus linearum
 G. C. & C. T. taliū. 84. 52. qualiū est. C. T. quæ rectum subtendit. 120. quoniam igitur
 primum in Saturno semidiameter epicycli talium demonstrata est. 6. 30. qualiū me-
 dia longitudo est. 60. erit etiam utraq; linearum. C. C. & C. T. talium. 4. 36. qualiū ē
 G. T. quæ rectum subtendit. 6. 30. & quoniā. A. C. E. angulus declinationis epicycli
 taliū supponit. 4. 30. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360
 taliū. 9. erit etiam arcus lineæ. C. M. talium. 9. qualium est circulus qui. G. C. M. rectā
 gulo circumscribitur. 360. arcus uero lineæ. G. M. 171. ad semicirculum reliquorum
 chordæ igitur etiam suæ. C. M. quidem talium erit. 9. 25. qualium est. C. T. quæ re-
 ctum subtendit. 120. G. M. uero. 119. 38. earundē: quare qualium est. C. C. linea. 4. 36.
 talium quoq; C. M. erit. 0. 22. & G. M. 4. 35. ¶ Sed in maxima declinatione semi-
 circuli longiores distantæ. A. G. linea distantæ quæ in principio libræ fit ut a
 prædemonstratis (in theorematibus) inæqualitatibus colligitur. 62. 10. earundem
 est: reliqua igitur. A. M. 57. 35. talium relinquitur: qualium est. M. C. 0. 22. & propte-
 rea etiam. A. C. quæ rectum subtendit. 57. 35. earundē: quare qualium est. A. C. quæ
 rectum subtēdit. 120. taliū erit etiā. C. M. 0. 46. & angulus. C. A. M. talium. 0. 44. q̄





LIBER XIII


liū duo recti sūt. 360. supponit autē ē. B. A. G. angulus declinatiōis excentrici. 2. 30. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualiū uero duo recti sunt. 360. taliū. 5. & totus ergo angulus. B. A. C. taliū erit. 5. 44. qualium duo recti sunt. 360. quare arcus quoq; lineæ. B. C. talium est. 5. 44. qualium est circulus q. B. A. C. rectangulo circumscribitur 360. arcus uero lineæ. A. B. 174. 16. ad semicirculū reliquorū. Chordæ igit ē suæ. B. C. quidē taliū est. 6. 0. qualiū. A. C. quæ rectū subtendit. 120. A. B. autē. 119. 51. earundē: Quare qualiū ē. A. C. lineæ. 57. 35. taliū. B. C. quoq; erit. 2. 53. & A. B. 57. 31. est autem etiā. B. L. lineæ (cū sit æqualis lineæ. C. T.) 4. 36. earūdē: & qm̄ quadratū lineæ. A. B. cū quadrato lineæ. B. L. facit quadratū lineæ. A. L. habebimus etiā hāc. 57. 42. per lōgitudinē earundē. ¶ Similiter qm̄ lineæ. L. T. cū sit æqualis lineæ. B. C. 2. 53. earūdē est & quadratū lineæ. A. L. cum quadrato lineæ. L. T. facit quadratū lineæ. A. T. habebimus etiā longitudinē huius. 57. 46. earundē: quare qualiū est. A. T. quæ rectū subtendit. 120. talium. L. T. quoq; erit. 5. 59. & T. A. L. angulus remotiōis fm̄ latitudinē taliū. 5. 44. qualiū duo recti sunt. 360. qualiū uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 2. 52. quos gradus i tertio tabulæ Saturni ordine: i numero graduum. 135. apponem⁹.

¶ In maxima uero declinatione quæ in semicirculo minimæ longitudinis est qm̄ A. C. lineæ distantia quæ in principio Arietis est talium colligitur. 57. 40. qualiū. C. M. 0. 22. demonstrata est: & C. M. similiter. 4. 35. atq; 10. reliqua. A. M. sit. 53. 5. & A. C. quæ rectum subtendit. Quoniā in differenti quōdam maior est q̄. A. M. 53. 5. erit etiam. C. M. talium. 0. 48. qualium est. A. C. quæ rectum subtendit. 120. & angulus. C. A. M. talium. 0. 48. qualium duo recti sunt. 360. Eorundem uero etiam angulus. B. A. G. supponitur. 5. & totus igitur. B. A. C. talium est. 5. 48. qualium quatuor recti sunt. 360. quare arcus quoq; lineæ. B. C. talium erit. 5. 48. qualium est circulus qui. B. A. C. rectangulo circumscribitur. 360. arcus uero lineæ. A. B. 174. 12. ad semicirculum reliquorum / chordæ igitur etiam suæ. B. C. quidem talium erit. 6. 4. qualium est. A. C. quæ rectum subtendit. 120. & A. B. 119. 51. earundem: quare qualium est. A. C. lineæ. 53. 5. talium etiam. B. C. erit. 2. 41. & A. B. 53. 1. & quoniam quadratum lineæ. A. B. cum quadrato lineæ. B. L. facit quadratum lineæ. A. L. demonstrataq; est lineæ. B. L. 4. 36. earundem: habebimus etiam longitudinem lineæ. A. L. 53. 13. earundem: quare qualium est. A. L. quæ rectum subtendit. 120. talium etiam. B. L. erit. 10. 23. & B. A. L. angulus additionis subtractionisq; secundum lōgitudinem talium. 9. 56. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 4. 58. ¶ Rursus quoniam qualium est. A. L. lineæ. 53. 13. talium etiam. T. L. cum sit æqualis lineæ. B. C. est. 2. 41. & quadrata istarum faciunt similiter quadratum lineæ. A. T. habebimus huius quoq; longitudinem. 53. 17. earundem: quare qualium est. A. T. quæ rectum subtendit. 120. talium. T. L. quoq; erit. 6. 3. & T. A. L. angulus remotiōis secundum latitudinem talium. 5. 46. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 2. 53. quos etiam gradus in quarto eiusdem tabulæ ordinæ ad numerum graduum. 135. apponemus.



¶ Verum ut collationem etiam additionis subtractionisq; secundum longitudinē in declinatione minoris distantia faciamus: Describatur rursus figura in qua nulla sit declinatio: & quoniam qualium est. A. C. huius distantia lineæ. 57. 40. taliū utraq; linearum. C. C. & C. T. supponitur. 4. 36. & reliqua. A. C. 53. 4. earundem: & quadratum suum cum quadrato lineæ. C. T. facit quadratum lineæ. A. T. habebimus etiam longitudinem huius partium. 53. 16. quare qualium est. A. T. quæ rectū subtendit. 120. talium etiam. C. T. erit. 10. 22. & T. A. C. angulus additionis subtractionisq; secundum longitudinem talium. 9. 54. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 4. 57. sed demonstratus fuit. 4. 58. eorundem inclinationibus fuisse: additio igitur subtractione secundum longitudinem una sexagesima propter utraq; declinationes subaucta est. ¶ Describatur rursus figura declinationum / demonstratas in stella Iouis continens proportiones: ut qualium est semidiameter epicycli. 11. 30. talium utraq; linearum. C. C. & C. T. colligatur. 8. 8. quoniam ergo. A. C. E. angulus declinationis epicycli talium supponitur. 2. 30. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 5. erit etiam arcus lineæ. C. M. talium. 5. qualium est circulus qui reclinat



gulo. C. C. M. circūscribitur. 360. arcus uero lineæ. C. M. 175. ad semicirculū reliquo-
 rum/Chordæ igitur etiā suæ. C. M. quidē taliū erit. 514. qualiū. C. C. quæ rectū subten-
 dit. 120. & C. M. 119. 53. quare qualiū ē. C. C. lineæ. 8. 8. & A. C. lineæ lōgitudinis quæ
 in principio libræ fit. 62. 30. taliū etiā. C. M. erit. 0. 21. & C. M. 8. 8. similt: & reliqua.
 M. A. 54. 22. & propterea etiā. A. C. quæ rectum subtendit quoniā indifferenti quo-
 dā maior est q̄ lineæ. A. L. earundem erit. 54. 22. quare qualium est. A. C. quæ rectum
 subtendit. 120. taliū. C. M. quoq; erit. 0. 46. & angulus. C. A. M. talium. 0. 44. qualiū
 duo recti sunt. 360. Sed. B. A. C. quoq; angulus declinationis excentrici talium sup-
 ponitur. 1. 30. qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. ta-
 lium. 3. & totus igitur. B. A. C. angulus talium est. 3. 44. qualium duo recti sūt. 360.
 quare arcus quoq; lineæ. C. B. talium erit. 3. 44. qualium est: circulus qui. B. A. C. re-
 ctangulo circūscribitur. 360. arcus uero lineæ. A. B. 176. 16. ad semicirculum reliquo-
 rum/Chordæ igitur etiā suæ. C. B. quidem talium erit. 3. 54. qualium. A. C. quæ re-
 ctum subtendit. 120. A. B. autem. 119. 56. earundem: quare qualium. A. C. lineæ est. 54.
 22. taliū. C. B. quoq; erit. 1. 46. & A. B. 54. 20. sed prædemonstrata iam lineæ. B. L.
 8. 8. earundem est: & quoniam quadrata sua simul faciunt quadratum lineæ. A. L.
 habebimus huius quoq; longitudinem. 54. 56. earundem: similiter quoniam. L. T.
 lineæ. 1. 46. earundē est: & quadrata sua simul faciunt quadratum lineæ. A. T. habe-
 bimus hanc quoq; 54. 58. quare qualium est. A. T. quæ rectū subtendit. 120. taliū. L.
 T. quoq; erit. 3. 52. & T. A. L. angulus remotiois secundū latitudinē talium. 3. 42.
 qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor sunt. 360. taliū. 1. 51. quos gra-
 dus in ordine (tabula Iouis) tertio ad numerū. 135. apponem⁹. ¶ Similiter qm̄. A.
 C. lineæ longitudinis quæ fit in principio Arietis talium colligitur. 57. 30. qualium
 demonstrauimus. C. M. lineā. 0. 21. & C. M. 8. 8. & sic reliqua etiā. A. M. hoc est. A.
 C. quæ in differenti quodam maior relinquitur. 49. 22. earundem: & propterea qua-
 lum est. A. C. quæ rectum subtendit. 120. talium. E. M. quoq; est. 0. 51. & angulus. C.
 A. M. talium. 0. 49. qualiū duo recti sunt. 360. colligetur totus etiā angulus. B. A. C.
 3. 49. eorundem: quare qualium arcus etiā lineæ. C. B. taliū erit. 3. 49. qualiū est cir-
 culus qui rectangulo. A. C. B. circūscribitur. 360. arcus autem lineæ. A. B. 176. 11. ad
 semicirculum reliquorum/Chordæ igitur etiā suæ. B. C. quidē erit. 3. 59. qualium est
 A. C. quæ rectū subtendit. 120. A. B. autem. 119. 56. earundem: quare qualium est. A.
 E. lineæ. 49. 22. taliū etiā. C. B. erit. 1. 39. & A. B. 49. 20. & propterea quoniam. B. L.
 lineæ. 8. 8. earundem est: & quadrata sua simul sumpta faciunt quadratum lineæ. A.
 L. habebimus huius quoq; longitudinem. 50. 0. quare qualium est. A. L. quæ rectū
 subtendit. 120. taliū. B. L. quoq; erit. 19. 31. & B. A. L. angulus additionis subtra-
 ctionisq; secundū lōgitudinem talium. 18. 44. qualiū duo recti sunt. 360. qualium
 uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 9. 22. ¶ Rursum quoniam qualium est. A. L. li-
 nea. 50. 0. talium. T. L. quoq; colligē. 1. 39. quadrataq; sua simul faciunt quadratū
 lineæ. A. T. habebimus huius quoq; longitudinem earundem. 50. & sexagesimarū
 duarū/qualium igit est. A. T. quæ rectū subtendit. 120. talium erit. L. T. 3. 57. & angu-
 lus. T. A. L. remotiois fm̄ latitudinē taliū. 3. 46. qualium duo recti sunt. 360. qua-
 liū uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 1. 53. quos gra. in quarto tabulæ ordine ad nu-
 merū. 135. gradū apponem⁹. ¶ Sed collatiōis etiā additionū subtractionū ue lōgi-
 tudinis cā sine declinationib⁹/figura rursū describat: & qm̄ in pposita distātia q̄liū
 est utraq; lineæ. T. C. & C. C. 8. 8. taliū tota quoq; A. C. 57. 30. & reliqua. A. C. 49. 22.
 earundē & quadratū suū cū q̄drato lineæ. T. C. facit quadratū lineæ. A. T. hēbimus hu-
 ius quoq; lōgitudinē earundē. 50. & sexagesimarū duarū/ quare qualiū est. A. T. quæ re-
 ctū subtendit. 120. taliū/ & T. C. erit. 19. 30. & T. A. C. angulus additionis subtra-
 ctiois ue: secundū lōgitudinē talium. 18. 42. qualiū duo recti sunt. 360. q̄liū uero qua-
 tuor recti sunt. 360. taliū. 9. 21. fuit autē in declinationib⁹ etiā demonstratus. 9. 22. addi-
 dit ergo rursū additio subtrahitio ue fm̄ lōgitudinē ppter utraq; declinatiōes sexa-
 gesimā unā. ¶ Deiceps pp̄ Martis quoq; pportiones designet primū declinationū
 descriptio colligaturq; rursū utraq; lineæ. C. C. & C. T. taliū. 27. 56. qualiū est. C. T.
 semidiameter epicycli. 39. 30. qm̄ igit. A. G. E. angulus declinationis epicycli talium
 supponit. 2. 15. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. ta-





LIBER XIII



liū. 4. 30. erit etiā arcus lineæ. C. M. taliū. 4. 30. qualiū est circulus qui. G. M. C. rectā
gulo circūscribit̄. 360. & arcus lineæ. C. M. 175. 30. ad semicirculum reliquorū / Chor
dæ igit̄ etiā suæ. C. M. quidē taliū erit. 4. 43. qualiū est. C. T. quæ rectum subtendit
120. G. M. autem. 119. 54. earundem / quare qualium est. C. C. 27. 56. & A. C. maximæ
distantiæ lineæ. 66. taliū etiā. C. M. erit. 1. 6. & C. M. 27. 54. & A. M. 38. 6. reliqua /
rum. Iccirco. A. C. etiam quæ rectum subtendit. 38. 7. earundem: quare qualium est
A. C. quæ rectum subtendit. 120. taliū. C. M. quoq; erit. 3. 28. & angulus. C. A. M. ta /
lium. 3. 19. qualium duo recti sunt. 360. sed. B. A. C. quoq; angulus declinationis ex
centrici talis unius est: qualium quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sūt
360. taliū. 2. & totus igitur. B. A. C. angulus taliū colligitur. 5. 19. qualium duo
recti sunt. 360. ergo arcus quoq; lineæ. C. B. taliū erit. 5. 19. qualium est circulus q
B. A. C. rectangulo circūscribitur. 360. & arcus lineæ. A. B. 174. 41. ad semicirculum
reliquorum: chordæ igitur etiā suæ. B. C. quidem taliū est. 5. 34. qualium. A. C. q̄
rectum subtendit. 120. A. B. autem. 119. 52. earundē quare qualium est. A. C. lineæ. 38.
7. taliū etiā. C. B. erit. 1. 46. & A. B. 38. 5. est autem. B. L. quoq; lineæ. 27. 56. cumq;
quadratum lineæ. A. B. cum quadrato lineæ. B. L. faciat quadratum lineæ. A. L. habe
bimus huius quoq; longitudinē. 47. 14. similiter qm̄. T. L. lineæ. 1. 46. earundē est &
quadratū lineæ. A. L. cum quadrato lineæ. T. L. facit quadratū lineæ. A. T. erit huius
quoq; longitudo. 47. 16. earundem: qualium ergo est. A. T. quæ rectū subtēdit. 120.
taliū etiā. T. L. erit. 4. 29. & T. A. L. angulus remotiōnis secundū latitudinē taliū. 4.
18. qualiū quatuor recti sunt. 360. qualium uero duo recti sunt. 360. taliū. 2. 9. quos
gradus in tertio tabulæ Martis ordine ad numerū. 135. graduum apponemus. ¶ Eo
dem modo in declinationibus minimæ longitudinis: quoniā taliū est. A. C. lineæ
54. qualium. C. M. demonstrata est. 1. 6. & C. M. 27. 54. & A. M. 26. 6. reliquarū colli
gitur: & A. C. quæ rectum subtendit. 26. 7. earundem: erit etiam. C. M. taliū. 5. 3. q̄
lium est. A. C. quæ rectum subtendit. 120. & angulus. C. A. M. taliū. 4. 49. qualium
duo recti sunt. 360. Iccirco totus quoq; B. A. C. angulus. 6. 49. eorundem quare ar
cus etiā lineæ. B. C. taliū erit. 6. 49. qualium est circulus qui. A. B. C. rectangulo circū
scribitur. 360. & arcus lineæ. A. B. 173. 11. ad semicirculum reliquorum chordæ igit
tur etiam suæ. B. C. quidem taliū erit. 7. 8. qualium est. A. C. quæ rectum subtendit
120. & A. B. 119. 47. quare qualium est. A. C. lineæ. 26. 7. taliū. B. C. quoq; erit. 1. 33.
& A. B. 26. 4. est autē rursus. B. L. quoq; lineæ. 27. 56. earundem: qm̄ quadratum li
næ. A. B. cum quadrato lineæ. B. L. facit quadratum lineæ. A. L. erit huius quoq; 16
gitudo. 38. 12. qualium ergo est. A. L. quæ rectum subtendit. 120. taliū. B. L. quoq;
erit. 87. 45. & B. A. L. angulus additionis subtractionis ue: secundū longitudinem
taliū. 94. qualium duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360. ta /
lium. 47. Similiter quoniā qualium est. A. L. lineæ. 38. 12. taliū. L. T. colligit̄. 1. 33. &
quadrata sua simul faciunt quadratum lineæ. A. T. habebimus huius quoq; longitu
dinē. 38. 18. earundē: quare qualium. A. T. quæ rectum subtendit. 120. taliū. L. T.
quoq; erit. 4. 52. & T. A. L. angulus remotiōnis secundū latitudinē taliū. 4. 40. q̄liū
duo recti sunt. 360. qualiū uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 2. 20. quos gradus in
quarto tabulæ ordine ad numerum graduum. 135. apponemus. ¶ Sed si collatiōis
rursus additionis subtractionis ue secundū longitudinē causa sine declinationibus
figuram minima distantia ubi maxime sensibilis differentia sit descriperimus: colli
git̄ proportio lineæ. A. C. ad utraq; linearū. C. C. & C. T. sicut. 54. ad. 27. 56. Iccirco
A. C. lineæ. 26. 4. reliquarum erit: & A. T. quæ rectum angulum subtendit. 38. 12. ea
rundem: & propterea qualium est. A. T. quæ rectum subtendit. 120. taliū rursus. T.
C. colligitur. 87. 45. & T. C. A. additionis subtractionis ue secundum longitudinē
angulus taliū. 94. qualiū duo recti sunt. 360. qualium uero quatuor recti sunt. 360.
taliū. 47. totidem uero demonstratus ex proportionibus etiā declinationū fuit: ad
ditio ergo subtractio ue fm̄ longitudinē nullā in Marte propter declinationes diffe
rentiā habuit. ¶ Quarti autē duū Veneris atq; Mercurii tabularum ordines latitudi
nales continent motus: qui a maximis ipsorum epicyclorum obliuationibus quæ
in extremis excentricorum longitudinibus fiunt cōtinentur: quos motus p̄ se absq;
differētia quæ fit propter exētricoꝝ declinationem cōsiderauimus: plurimis enim


illo modo tabulis opus nobis fuisset: computatiōisq; calculus multo difficilior in-
 de fieret: cum uespertini matutiniq; motus inæquales: nec omnino ad eandem cir-
 culi per medium partes fiant: nec alioquin excentricorum declinatio maneat: unde
 diminutionem excessus ad maximas inclinationes differentiam ab excessibus dimi-
 nutionum ad maximas obliquationes essent habituri: differentia uero sepata facili⁹
 singula nobis pcedent ut a sequentib⁹ patebit. ¶ Sit ergo. A. B. C. linea superficies
 circuli p mediū & epicycli cōis sectio: & A. sit cētrū orbis signorū: & sit. B. cētrū epi-
 cli: describat q; circa ipsū epicyclus. C. D. E. F. I. obliq; ad superficiē circuli p mediū:
 hoc est ut ductæ in ipsius lineæ ppēdiculariter ad. C. I. cōem sectionē: æqles faciāt oēs
 angulos q; in ipsius. C. I. lineæ pūctis cōstituant: & ptrahanf. A. E. qdē linea ad epi-
 cycli pāctū/ linea uero. A. F. D. sic ut secet epicyclū sicuti ptingerit: & deducant a trib⁹
 pūctis. D. E. F. ad lineā. C. E. I. ppendiculares. D. T. &. E. C. &. F. L. ad superficiem uero
 circuli p mediū. D. M. &. E. N. &. F. X. &. T. M. &. C. N. &. L. X. lineæ & ppterea. A.
 N. &. A. X. M. nā. A. X. M. recta linea ē i duab⁹ enī superficieb⁹ oīa tria pūcta sunt: hoc ē
 i superficie circuli p mediū & in superficie q; p. A. F. D. lineā rectā ē ad zodiacū: q; igit in
 pposita obliq; tione additiones qdē subtractiones ue hāc duay stellay fm lōgitudi-
 nē tū. T. A. M. tū. C. A. N. āngulus ptinget. Latitudinales uero angulus. D. A. M. & E. A.
 N. pspiciū ē. Sed demonstrādū primo est q; etiā. E. A. N. anguli motus fm latitudi-
 nē qui est i ipso cōtactu maior oīb⁹ ē sicut etiā ad d. tōio subtractioq; fm lōgitudinē
 nā qm. E. A. C. angulus maior ē oīb⁹ maiorē. C. E. lineā ad. A. E. pportionē habeat
 q; utraq; linearū. T. D. & L. F. ad utraq;. D. A. & F. A. sed sicut. E. C. lineā ad. E. N. sic
 & T. D. ad. D. M. & L. F. ad. F. X. æqualiū enī triānguli oēs (ut diximus) qui sic psti-
 tuunt/ sunt angulorū & anguli/ q; sunt i punctis. M. N. X. recti sūt: q; re lineā. N. E. ad
 lineā. E. A. maiorē habet pportionē q; utraq; lineay. M. D. & X. F. ad utraq;. D. A. &
 F. A. suntq; rursū anguli. D. M. A. & E. N. A. & F. X. A. recti: Maior igit est. E. A. N.
 angulus angulo. D. A. M. ceterisq; uidelicet oīb⁹ qui eodē mō pstituant: perspicuū
 aut hinc est q; differentiy q; sūt ex obliq; tione in additionib⁹ subtractionib⁹ ue fm lō-
 gitudinē maior illa ceteris ē: q; colligit in motib⁹ maximis q; sūt in puncto. E. pro-
 pterea q; ipsas anguli cōtinent qb⁹ subtrēdunt. T. D. & C. E. & L. F. lineay excessus
 ad lineas. T. M. & C. N. & L. X. cū uero i singulis ipsay eadē pportio maneat & ad
 excessus: sequit ut excessus etiā. E. C. & C. N. lineay maiorē pportionē habeat ad li-
 neā. E. A. q; ipsi excessus reliquay ad lineas similes lineā. A. D. hinc ēt patet q; quācū-
 q; pportionē maxima additio subtractio ue fm lōgitudinē ad maximū latitudinis
 motū habuerit: hāc i oīb⁹ epicycli particulis additiones subtractiones ue fm lōgitudi-
 nē ad motū latitudinis habebūt: ppterea q; sicut se habet. C. E. lineā ad lineā. E. N. sic
 oēs lineæ siles lineas. L. F. & T. D. ad siles lineas. F. X. & D. M. ¶ His ita demonstra-
 tis uideam⁹ nūc quātū nā angulus i utraq; stellay ab obliq; tōe superficiey ptinget/
 supponat q; ut iā dictū est q; iter maximā & minimā lōgitudinē qnq; utraq; ipsarū
 gradib⁹ maxime borealior & australior fiat motib⁹ qui sūt fm epicyclū trāsi/ Stel-
 la enī Venēris in differēti quodā maiorē atq; minorē q; quinq; graduū remotionem
 q; fit in minima & maxima excētrici lōgitudine cernit facere: Stella uero Mercurii. 5.
 q; fit in minima unius gradus sexagesimis. ¶ Sit ergo rursū. A. B. C. linea circuli p me-
 diū signorū & epicycli cōis sectio: descriptoq; in. B. puncto epicyclo. C. D. E. obliquo
 ad superficiē circuli p mediū ut iā explanauim⁹: pūgat a cētro zodiaci tāgēs epicyclū
 lineā. A. D. & ptrahat a pūcto. D. & ad lineā qdē. C. B. E. ppēdicularis. D. F. ad supfi-
 ciē aut circuli p mediū ppēdicularis. D. I. & pūgat. B. D. & F. I. & A. I. lineæ & sup-
 ponat. D. A. I. āngulus ptingere i utraq; stella medietatē ppositay remotiōis fm lōgitu-
 dinē q; medietas ē taliū. 2. 30. q; lūi q; tuor recti sunt. 360. sitq; ppositū inuenire magni-
 tudinē obliq; tōis utriusq; superficiey: hoc est magnitudinē anguli. D. F. I. in Venere
 igit qm q; lūi ē epicycli semidiameter. 43. 10. taliū maxima qdē longitudo est. 61. 15.
 Minima uero. 58. 45. & Media inter eas. 60. lineā profecto. A. B. eā pportionē habeat
 ad lineā. B. D. quā hēbit. 60. ad. 43. 10. & qm q; dratū lineā. B. D. subtractū a q; drato li-
 neay. A. B. facit q; dratū lineay. A. D. habebimus etiā huius lōgitudinē. 41. 40. eārū dē
 Silt qm sicut. B. A. ad. A. D. sic & B. D. ad. D. F. habebim⁹ etiā. D. F. lineā. 29. 58. eārū
 dem. ¶ Rursū qm angulus. D. A. I. taliū supponit. 2. 30. qualiū q; tuor recti sūt. 360



qualium uero duo recti sunt. 360. talium. 5. erit etiā arcus lineæ. D. I. taliū. 5. q̄liū est circulus q̄ rectāgulo. A. D. I. circūscribit̄. 360. & chorda sua. D. I. taliū. 5. 14. qualium est. A. D. quæ rectum subtēdit. 120. quare qualium est. A. D. lineæ. 41. 40. talium erit D. I. lineæ. 1. 50. fuit autē etiā. D. F. 29. 58. earundē demonstrata: quare q̄lium ē. D. F. quæ rectum subtēdit. 120. taliū etiā. D. I. erit. 7. 20. & D. F. I. angulus obliquationis talium. 7. q̄lium duo recti sunt. 360. q̄lium uero q̄tuor recti sunt. 360. talium. 3. 30. sed qm̄ excessus anguli. D. A. F. ad angulum. I. A. F. differētiā continet additiōis subtrahitiōis uel s̄m longitu dinē hinc etiā ipsam ratione simili ex ipsoꝝ magnitudine consequemur: nā qm̄ demonstratū est talium esse. A. D. q̄ rectum angulum subtēdit 41. 40. qualium ē. D. I. lineæ. 1. 50. & D. F. lineæ. 21. 58. subtractūq̄. D. I. lineæ q̄dratū a quadrato utriusq̄ lineæ. A. D. & F. D. habebimus etiā lōgitudinē. A. I. lineæ. 41. 37. earundē & longitudinē. I. F. 29. 55. quare qualiū ē. A. I. q̄ rectum subtēdit. 120. talium etiā. F. I. erit. 86. 16. & angulus. F. A. I. talium. 91. 56. q̄lium duo recti sunt. 360. q̄lium uero quatuor recti sunt. 360. talium. 45. 58. si s̄r qm̄ qualium est. A. D. quæ rectum angulum subtēdit. 120. talium. D. F. etiā ē. 86. 18. habebimus. D. A. F. quoq̄ angulū talium. 91. 58. qualiū duo recti sunt. 360. qualiū uero quatuor recti sunt. 360. taliū. 45. 59. deficit ergo additio subtractio uel secundū lōgitudinē sexagesima una.

☿

